EVSEBI

CHRONICORVM LIBRI DVO.

EDIDIT

ALFRED SCHOENE.

VOL. II.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXVI.

EVSEBI

CHRONICORVM CANONVM

QVAE SVPERSVNT

EDIDIT

ALFRED SCHOENE.

ARMENIAM VERSIONEM LATINE FACTAM E LIBRIS MANVSCRIPTIS
RECENSVIT
H. PETERMANN.
HIERONYMI VERSIONEM E LIBRIS MANVSCRIPTIS
RECENSVIT
A. SCHOENE.
SYRIAM EPITOMEN LATINE FACTAM E LIBRO LONDINENSI
RECENSVIT
E. ROEDIGER.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXVI.

VIRIS

INLVSTRISSIMIS · DOCTISSIMIS · PRAESTANTISSIMIS

THEODORO · MOMMSEN

FRIDERICO · RITSCHL

HVNC · LIBRVM · SACRVM · ESSE · VOLVIT

EDITOR

PRAEFATIO EDITORIS.

CAPVT I.

Eusebi Caesariensis Chronicon librum ab Hierouymo Stridouensi in latinum sermouem conuersum et supplementis auctum medii aeui temporibus diligenter lectitatum, crebro descriptum, saepissime ad receutiores Chronicorum libros couponendos tanquam fundamentum adhibitum esse[1], neque defuisse qui iuuenta arte typographica huic operi typis excudendo operam iupenderent, magnus et manuscriptorum et inpressorum librorum uumerus testatur.

Nou aeque de Hieronymiani operis consilio ac potissimum de eius coudicioue qualis nunc est, counenire uidetur inter homiues doctos, quorum alios Scaligeri praeclaro Temporum Thesauro, alios Poutaci uel Vallarsi, alios denique A. Mai editionibus maiorem fidem tribuere uidemus. Quid quod e. g. C. Fr. Hermanuus in disputatione 'de scriptoribus illustribus quorum tempora Hieronymus ad Eusebii Chronica adnotauit' conscripta et Gottingae auno h. s. XLVIII edita magnam operam iupendit describendis ac disputandis temporum supputatiouibus depromtis ex A. Mai altera editioue quam haud iniuria omnium deterrimam dixeris[2]. Quod uir ille egregius forsitan nou fecisset, si aut seuerius confusum illud ac paene inutile Mai opus examiuasset, aut omuiuo eorum memor fuisset, quae is qui primus hac in re subtili ac difficillima prudeutiam et cautiouem commeudauit, Fr. Ritschelius V. Cl. scripserat in Parerg. Plaut. p. 623, ubi, uel Scaligeri editioue quam caute uteudum esset, exposuit. Accedit enim ad communem uerborum antiqui scriptoris restituendorum difficultatem proprium hoc, quod rerum gestarum narratio couiuucta est cum uumeris et quod in ipsa uerborum ac numerorum dispositioue magna ex parte scriptoris cousilium uertitur. Verum Poutaci Scaligeri Vallarsi Roncalli Mai editiones si examinemus a temporum parte, parum eas hac de re conuenire uidemus, quippe quarum alia alii tempori easdem res gestas adscribere soleat; neque miuus hoc offeudit, quod si latius circumspiciamus, saepius discrepautiam aliquam inter Hieronymi supputationem et Eusebi quae supersunt fragmeuta graeca intercedeutem animaduertimus. Quid quod etiam Armeniaca illa utriusque Eusebiani libri interpretatio, felicissimo illa quodam casu cum summo litterarum commodo diuturnae obliuioni erepta multis in locis tantum abest ut tollat difficultates, ut augeat et multiplicet. Huc accedit, quod baud raro dubitatio monetur, utri editioni, Mediolauensi an Venetianae, fides sit habenda, ut quas saepissime, ueque iu minoris tantum momenti rebus inter se differre uideamus.

Ac tali quidem in re quam difficile sit iudicium facere, nisi quis accuratam et ampliorem barum rerum uotitiam sibi couparauerit, uemo non uidet, expertosque esse crediderim plerosque homiues doctos, qui Eusebi Hierouymique Chronica uon penitus tractauerint, ut ab bis studiis alieni, sed obiter tantum ac semel iterumue adieriut. Verissimum enim est, quod Hierouymus ipse professus est de opere suo, 'paeue difficilius esse, legendi ordiuem discere quam ad lectiouis uotitiam peruenire.'

---

[1] cf. M. Büdinger, über Darstellungen der allgem. Gesch. insbesondre des Mittelalters, in Sybel histor. Zeitschr. 1862 Heft I No. 3. — Wattenbach, Germaniae fontes histor. (edit. alt.) p. 41 sq.

[2] Bene Reifferscheid Suet. Rell. p. 384: Angeli Mai uero editio nulla fide digna est, quippe qui et codicum memorias confuderit et temeritate qua maiorem non possis inuenire in uerba et conputos Hieronymi grassatus sit.

Facturum igitur operae pretium arbitror, si quis his rebus accuratius examinandis explicandis pro uirili parte inlustrandis studeat, atque ea quae de Eusebi Hieronymi Chronicon libris aetatem tulerint, philologorum aeque atque historicorum in usum denuo edat, unde sperare liceat fore ut non modo antiquis illis scriptoribus debita cura praestetur, sed etiam rerum gestarum, latinarum potissimum litterarum memoriae aliquid fructus contingat.

Quam ob causam libenter suscepi officium edendorum Eusebi Hieronymique Chronicon librorum ante hos quattuor annos a bibliopola honestissimo mihi demandatum. Quae editio eo suscepta est consilio, ut facilem in usum hominum litteratorum pararetur, quare in duo uolumina diuisa utrumque Eusebi librum amplectetur. Ac posterius quidem uolumen, quod nunc hominibus doctis offerimus, posterioris Eusebiani libri siue chronicorum canonum exhibet cum fragmenta graeca tum uersionem Armeniam latino sermone conuersam Hieronymique Stridonensis episcopi interpretationem latinam.

Satis enim inter omnes constat, Eusebium Pamphili Caesariensem episcopum, Iuli potissimum Africani uestigia prementem, magnum opus chronologicum conposuisse in duos libros diuisum quorum priorem χρονογραφίαν, posteriorem χρονικὸν κανόνα inscripsisse uidetur. In quo opere Eusebio propositum fuit monstrare, mosaicas origines tum initiis omnium dynastiarum, regnorum ac rerum publicarum, tum natalibus fabulosorum deorum longe esse antiquiores[1]. Iam uero notum est, Eusebi ipsum opus temporum iniquitate deperditum neque aliud quicquam illius nobis super esse, quam utriusque libri satis magnam graecorum fragmentorum farraginem a Byzantinis chronographis seruatam, totius Chronici uersionem Armeniacam cui nuperrime accessit epitome Syriaca, denique posterioris libri translationem latinam ab Hieronymo confectam, quam cur totius operis quasi fundamentum esse uoluerim, non est quod fusius exponam.

Ante omnia igitur exponere placet de Hieronymiani Chronici libris cum editis tum manu scriptis ac de ratione qua in recensendo illo opere usus sim criticae factitandae subsidiis.

Hieronymi Chronicon qui uberrimo adparatu critico instructus recenseret primus inuentus est anno MDCIIII Arnaldus Pontacus episcopus Vazatensis[2]. Qui quam strenue huic operae uacauerit, inde conligas, quod ne Scaliger quidem, uir seuerissimi et acerrimi cum in alios tum in semet ipsum iudicii dubitauerit, illum tanquam uirum doctum modestiae eruditionis sagacitatis diligentiae plenum laudibus persequi[3]. Conparauit Pontacus editionem suam postea a Vallarsio[4] et Roncallio[5] repetitam octo impressorum exemplarium, duodeuiginti manu scriptorum auxilio, de quibus infra exponam.

Pontacum non consilio quidem sed tempore secutus est Iosephus Iustus Scaliger. Duobus enim annis post Burdigalensem editionem prodiit eximius ille Thesaurus temporum[6], quem qui nuper extitit doctissimus et disertissimus Scaligeranae uitae scriptor, Iacobus Bernaysius merito et praestantissimum illius uiri opus et summum doctrinae sollertiae eruditionis quasi cacumen praedicauit[7]. Etenim extremo uitae tempore, absolutis uariis illis et grauissimis studiis quorum fructus in egregio libro de emendatione temporum[8] conscripto deposuerat, I. I. Scaliger totius antiquitatis memoriam ac tempora amplexurus ingens illud opus conposuit, cui non modo eos laterculos quos Seriei regum et Exordii titulo nonnulli codices exhibent, deinde aliquot Chronicorum libros a Prospero Victore Tunnunensi Ioanne Biclariensi Idatio Marcellino comite Excerptore barbaro conscriptos, denique Hieronymi uersionem recognitam et emendatam inesse uoluit, sed etiam certam ac uiuidam imaginem deperditi prioris Eusebi libri, quam e Georgio Syncello Cedreno Chronico Paschali aliis Byzantinis scriptoribus fragmentisque a Casaubono amico recens detectis incomparabili diligentia et rerum graecaeque linguae scientia prorsus inaudita concinnauit, pariterque ac Hieronymi librum doctissimis notis inlustrauit.

---

[1] I. G. Vossius de historicis graecis ed. cur. Westermann pag. 295.

[2] Chronica trium illustrium auctorum Eusebii cett. Prosperi cett. ab Arnoldo Pontaco Episcopo Vazatensi cett. emendata et notis illustrata. Burdigalae 1604. fol.

[3] cf. Scaligeri Thes. Tempp. in notis passim, et Scaligeri Epist. 104. 450. 529. 560.

[4] Sancti Eusebii Hieronymi Stridonensis Opera studio ac labore Dominici Vallarsii et Scipionis Maffei. Ed. alt. Tom. VIII. Venetiis 1769.

[5] Vetustiora Latinor. scriptor. Chronica coll. Thomas Roncallius. Patauii 1787. Vol. I.

[6] Scaligeri Thesaurus temporum 1606. Ed. altera 1658.

[7] Ioseph Iustus Scaliger von Iakob Bernays. Berl. 1855. pag. 12. 15. 16. 89.

[8] Iosephi Scaligeri opus de emendatione temporum. Editio postrema. Colon. Allobrog. MDCXXIX.

Attamen uel Scaligerana Hieronymi editione caute utendum est, quoniam eximio illi uiro in animo fuit non tam accuratam huius operis textus recensionem ex adparata critico elaboratam conparare Hieronymiqae sententiam, licet persaepe falsam, religiose repraesentare, qaam Hieronymi et Eusebi libro quodam modo tanquam fundamento uti, quo suam ipse doctrinam temporumque ac rerum gestarum ordinem qualem animo suo informasset, demonstraret et describeret. Et ita quidem rem sese habere cum opus ipsum tum ipse Scaliger testatur, qui in epistula superius laudata 104 Thesaurum temporum cum Pontaci Editione conparans scripserit haec: 'Nos alia uia grassati codicum fidem numquam nisi in re ancipiti imploramus: in illis, quae et pueri sciunt, male horas collocari putamus. Denique nihil est dissimilius quam Editio nostra Aquitanicae (scil. Pontacenae); et tamen illa, ut dixi uiaet quia meudas superiorum editionum sustulit: et nostra quoque non minus, quia *errores temporum castigat.*' Unde in editione saa qaid sibi propositum habaerit Scaliger, sponte efficitar. Ac Pontacus, nimis ille confisus impressis exemplaribus, inprimis Basiliensi primo anno 1529 typis excuso, parum sollicitus de optimorum librorum auctoritate tuenda, omnino uero codices non pendere sed numerare solitus, qaam rationem in recensendis ac restituendis Hieronymi uerbis secutus sit, et ipsius opus et notae illi subiunctae luculenter demonstrant cuius rei duo exempla temere electa depromam. Velut pag. 213 D haec babentur de 'non alicubi excedere' uerbis in Hieronymi praef. init.:

'excidere] *excedere* in A. L. Al. Lo. Fax. O. Peta. Vi. Pi. tribus Ms. Fab. et So. [scilicet in optimae notae codicibus et una editione Sonniana], et sic persistere auctor uidetur in metaphora: qui enim lineas ad alicuius imitationem ducit, timendum illi ne excedat, id est, ne minus extendat, uel magis producat lineam quam par fuerit: sic quoque legitur apud eundem Hieronymum dicta epist. ad Pammach.[1] Veram cum Marianus Victorinus[2] ex Ms. legendum putet *excidere*, neque nobis desint exemplaria quae huic receptae lectioni adstipulentur, nihil duximus immutandum'.

Et in pag. 343 A haec sunt:

'quo erat Agon gymnicus] Absunt in A. L. Peta. Fax. Vi. O. M. P. Lo. Fa. et tribus Ms. Fab., sed in Ven. Lut. [editionibus] leges *quod erat agon gymnicus.* Scio nonnullos legere, *qui erat*, sed qua ratione id constet, non uideo'.

Iam si has notas tanquam totius operis specimina examinemus (qua in re quicunque Pontaci editionem perscrutatus erit, non temerarie uel inconsiderate nos agere adfirmabit), neqae Pontacum id effecisse adparebit, quod summi momenti est in recensendo antiquo scriptore, id nimirum, ut certum ac firmum fundamentum criticum conpararet e codicibas diligenter perscrutatis et inter se conlatis. Itaque quicunque Hieronymianum opus editurus est, confugiat necesse est ad libros manu scriptos, quos quo uetustiores nancisсetur, eo certiore spe bene processuri laboris gaudere licebit. Illud enim ante omnia considerandum est, *Hieronymi librum maximam quidem partem constare ex tabulis quas uocant synchronisticis, in quibus et singulorum regnorum singuli anni descripti sunt, et res gestae ita dispositae, ut ex ipsa conlocatione pateſiat, quonam uel anno alicuius regis siue magistratus, uel omnino quonam tempore quaeque res sit acta.* Vnde, qui librariorum solitam siue neglegentiam uouerit siue licentiam, satis male auspicabitur de codicum fide. Tantum enim abest, ut uel antiquissimae et ceteroqnin optimae notae libri propo accedant ad iustam ac sinceram Hieronymi dispositionem rerum numerorumque, ut recte iudicauerit Dodwellius in dissertationis tertiae in Irenaeum conscriptae paragrapho 11 haec habens: '... Esset quidem cur minus quereremur, si tam certae essent rationes Chronici Eusebiani quam uidetur credidisse Baronius. Est autem apud Eruditos hodiernos illud exploratius quam ut probatione indigeat, infirmas esse illas et plerumque uacillantes. Multa sedibus suis mouerunt oscitantes librarii. — Fidem huius abunde faciunt gestorum eorundem in Codicibus diuersis adeo diuersae sedes quas nobis luculentissime repraesentat Editio Pontaci. — Multa loci ipsius angustia quem singulis assignat Canon, e propriis sedibus, etiam innito Librario, diuulsit, inque annum, nunc superiorem nunc inferiorem detrusit. Ne dicam iam, Eusebiani Chronici, quale illud reliquit Eusebius, sincera nulla extare Exemplaria; Graeca penitus periisse, nec enim illa moror quae hinc inde corrasit Scaliger, aliorum saepe recentioramque Eusebio Auctorum, et a mente etiam Eusebii nonnunquam alienissima: Quin et Latina etiam esse interpolata, non ab Hieronymo modo, sed ab aliis quoque, ut uidetur, iunioribus Eusebii Continuatoribus.'

[1] Hieron. Epist. LVII ad Pammachium (Opp. I pag. 309).

[2] Nimirum intellegendus est Marianus Victorius qui anno 1565 sqq. Hieron. Opera edidit.

Quae quam uera sint uidebit quicunque unum alterumue Hieronymiani Chronici codicem inspexerit. Namque et in deterioribus et in praestantissimis libris omnibus numerorum quanta turbatio uos offendat dici uix potest. Quid quod in maximae, uetustatem si spectes, auctoritatis codice Bongarsiano de uerborum numerorumque dispositione nihil aliud fieri potest iudicium, quam librarium fere totum ex libidine spatiique aut angustia aut opportunitate ita pependisse, ut innumeris in locis siue seriem numerorum scriberet continuam, quam ex Hieronymi consilio interrumpere deberet, siue eam propter uerba maius spatium postulantia temerarie interruptam tunc demque continuaret, ubi historicam narrationem rursum in angustum contrahi liceret.

Iam igitur ad codicum admodum magnum numerum enarrandum transeo, quorum uetustissimos quattuor et recentiorem unum ita meum in usum excussi et quasi depinxi, ut non modo uerba et numeros sed etiam eorum inter se rationem et ordinem accuratissime exprimerem.

A.

libri, quos et ipse uidi et exceptis duobus extremis descripsi.

A. Codex Amandinus siue Valentianensis No. 455. Q. 5*. 7 membranaceus formae quadratae. Hieronymi Chronicon librum scriptum habet in foliis 167[1]. Post fol. 125 duo folia exciderunt quippe quae sexti decimi quaternionis (*q* litera in fol. 128^b notati) fuerint intima. Vncialibus litteris scriptus est, paginae uicenarum senarum sunt linearum stilo notatarum. Liber, quamquam septimo saeculo merito adscribi uidetur, optime seruatus est. Scriptura perpaucis tantum utitur conpendiis quibus *um am nt ae ac que bus* notissimo horum temporum more depingi solent. Continet Eusebium et Hieronymi additamentum.

In cuius libri notitiam felici quodam casu incidi. Nam cum forte inspexerim Auberti Miraei, uiri docti ac de patriae historia optime meriti Chronica[2], uerba occurrerunt haec: 'Veteres igitur codices calamo exaratos undique dum colligo, Eusebius optimae notae, initialibus siue uncialibus ut Hieronymi uoce utar, litteris ante annos mille plus minus integre descriptus, ex Amandino sodalium Benedictinorum apud Neruios coenobio uirgula quadam diuina obuenit. Quod exemplar uetustatis nomine uenerandum sequi prae ceteris placuit.' Inquirere igitur coepi, ubinam nunc esset tam insigne exemplum, repperique in societ. hist. Germ. antiqu. Pertzii arch.[3] a Bethmanno mentionem factam codicis Hieronymiani Valentianis asseruati, quem, cum Sanctamandinos libros nunc Valentianis custodiri constaret, eundem esse codicem ac laudatum illum a Miraeo, suspicari erat in promptu. Nec spes me fefellit, namque in Valentianae bibliothecae catalogo supra a me citato inueni, Miraeum per notas inscriptas[4] tradidisse illo libro se usum esse. Qui cum a Christi natiuitatis demum tempore, unde Chronica sua initium capiunt, scripturas huius libri enarrasset, equidem Valentias profectus codicem descripsi, quem quia olim Sancti Amandi Elnonensis coenobii fuerat, *A* littera insigniui.

B. Codex Bernensis, olim Bongarsianus siue Danielinus, siue Floriacensis siue Aurelianensis; membranaceus, formae quadratae; Hieronymi Chronica exhibet in 76 foll. scripta uncialibus litteris. Cuius me commonefecit insignis Friderici Ritscheli beniuolentia qui qua est liberalitate mecum communicauit praeter codicem Leidensem *c* (de quo infra) eam quindecim foliorum descriptionem, quae ab Alberto Iahnio in charta pellucida exarata simillimum non modo uerborum numerorum et eorum ordinis sed etiam scribendi generis imaginem repraesentat. Ex quo specimine, quod iam antea Augusto Reifferscheidio ad Suetoni reliquias edendas[5] concessum erat, cognita codicis praestantia Bernam commigraui, ibique librum descripsi meum in usum.

Pontacus cui *A* siue Aurelianensis inscribitur in Adparatus pag. 26 sq. haec de eo refert: 'A indicat Aurelianense exemplar manuscriptum, habens Chronica Eusebii et Hieronymi, siue Prospero;

[1] non in fol. 166, ut refert Mangeart Catalogue des Mss. de la bibliothèque de Valenciennes, Valenciennes Lemaire 1860. p. 453.

[2] Auberti Miraei Chronica rerum toto orbe gestarum. Antuerp. Verdussi typis 1608.

[3] Pertz, Archiv 8, pag. 443; 11, pag. 519; Hänel, Catal. Mss. pag. 492.

[4] uelut fol. 1^b haec habentur: 'Chronicon istud Eusebii et Hieronymi est optimae notae ac fidei; quod Aub. Miraeus Decanus Antuerp. typis a XPO nato expressit, cum chronico Sigeberti Gembiacensis 1608. in 4. typis Verdussi Antuerpiae. Quod attestor ego ipse'. 4. maij in monasterio St. Amandi. Aub. Miraeus.' et fol. 126^a: 'Miraeus ab hoc anno Chronicon istud edidit 1608 Antuerpiae cett.

[5] cf. A. Reifferscheid l. c. pag. 22. 383.

communicatum olim a Petro Daniele Aurelianensi[1], uiro eruditissimo, et librorum ueterum scrutatore studiosissimo, cuius tam honorifica mentio apud Turnebum Pithoeum Canterum Lambinum et alios plerosque, quod quia fuerat sumptum ex illa celebri quondam Bibliotheca monasterii S. Benedicti Floriacensis ad Ligerin[2], quod decem leucis ab Aurelia distat, ideo nuncupatur a nobis Aurelianense ob uicinioris urbis celebritatem.'

Aeque usurpatus est a Scaligero qui in Animaduerss. pag. 6 haec habet: 'Bongarsianus maiusculis litteris ante annos DCCCCLXXVII scriptus, omnium uetustissimus et luculentissimus' et pag. 258 ubi extremi Chronici operis conputum[3] recenset: 'Vides hanc ἀνακεφαλαίωσιν esse antiquarii qui hunc librum explicuit anno Christi Dionysiano DCXXVII, indictione XV, imperii Heraclii XVII. Sed in exemplari uitiose exaratum erat Ind. XII, quod in eodem saepe accidit, ut duo II pro V posita sint propter similitudinem. Vnde uetustas libri colligitur: a quo explicito ad hunc annum Christi Dionysianum MDCIV, praeterierunt anni solidi DCCCCLXXVII'[4]. — Attamen super est alia temporis notatio, in codicis fol. 1ª litteris extra ordinem grandibus, insolitae formae initialibus et ab alia manu ac totius libri scriptura exaratis haece referens: 'In annum. V. Childeberti regis. francorum. pippiuo. iubente. Ab adam sunt. anni. V. milia. DCCCC. fuit. pasca. X. K. aprilis. Ascensio. dni. fuit. K. madias. per cyclum numerum. annorum. C. XL. repeticio a capite. cycli.', quae uerba annum DCXCVIIII p. C. n. indicare Scaliger l. c. certa conputatione conprobauit. Quamquam igitur ueri est simillimum, ἀνακεφαλαίωσιν illam extremae codicis paginae continuo subscriptam non a codicis librario conpositam, quippe quem talis conputationis proprio Marte conficiendi, immo etiam latine conscribendi minime conpotem fuisse reliqua libri scriptura luculenter demonstret, sed ex archetypo libro descriptam esse, tamen, cum aeque sit uerum, inscriptionem illam primae paginae speciem et diuersae et paulo recentioris scripturae prae se ferre, non dubitamus quin post absolutam codicis scriptionem ab alio librario inscriptio addita, totusque liber infra 627 et 699 aerae nostrae annos exaratus sit.

F. Codex Leidensis, Ms. Scal. 14; membranaceus, formae maximae, foliorum 190, uicenarum quinarum linearum. Praeter Hieronymi Chronica continet Exordium quod uocant et inde a pag. 176ª Prosperi chronicon consulare, cui subiunguntur post temporum conlectionem in pag. 187ª conlocatam carmen et epistula, quae publici iuris feci in Quaestionibus meis Hieronymianis pag. 51 sqq. Vnde conligitur, scriptum olim esse *F* libri archetypum a Bonifacio quodam in usum Marciani et Domitiani quos Marini filios esse ex Bonifaci uerbis patefit. Et Marinum quidem illum sub Anastasi imperio anno p. C. n. 515 praefectum fuisse praetorio Mommsenus V. Cl. me commonefecit. Quare *F* codicis archetypum circa hoc tempus descriptum uel potius conpositum esse ueri est simillimum. Qua de re amplius expositum est in Quaest. Hieronymianis pag. 57 sq. — Scaliger qui hunc codicem (pag. 6) 'luculentum et optimae notae' librum praedicauit, haec de eo refert (l. c.): 'Penes nos est atro rubro uiridi notatus ex dono amplissimi et iuris consultissimi Marquardi Freheri, Serenissimi Electoris Palatini Consiliarii.' — Freheriano illo exemplo reliquisque qui super sunt Leidensibus Chronici codicibus, Bibliothecae Leidensis et potissimum eius qui huic antiquitatis quasi thesauro praeest, W. G. Pluygersii V. D. insigni liberalitate Bonnae et Lipsiae uti licuit. Et multis quidem in locis notas a Scaligero scriptas *F* codex exhibet; tamen uir ille eximius, tanquam editionis fundamento usus hoc libro, hauc ipsam ob rem paucissimas tantum eius scripturas in Temporum Thesauro retulit. Teste Geelio *F* scriptus est saec. VIIII ineunte.

P. Codex Leidensis, Ms. Lat. Voss. C. 110, membranaceus, formae quadratae minoris, foliorum 166, uicenarum senarum linearum. Cuius cum in pag. 3ª 'P. Petauii R. C. in Parlam. Paris.' nomen inscriptum inueniatur, dubitari uix poterit quin hic liber is sit, quem Scaliger *Pet.* signo notauit, haec addens:

[1] quem mortuum esse constat anno 1603.

[2] cf. Mabillon Liturg. Gallicana (Paris 1685) Praef. cap. XII.

[3] Nempe in extrema codicis pagina post omnium temporum conlectionem quam ab Hieronymo profectam esse uolgo constat haec leguntur: 'Et ad XIIII anñ ualentiniani qui ualentis usque hodie ind. XII die Kl marcias imp heraclio sunt anni CCXLVIII fiunt omnes anni ab adam usque hic. V.DCCCXXIIII.'

[4] Vnde corrigenda quae Reifferscheid l. c. pag. 22 habet uerba: '... ante annos DCCCLXXVII scriptus (782).' Scilicet annum Christi Dionysianum DCXXVII ab alterius Thesauri editionis anno MDCLVIII, non a prioris editionis anno MDCVI, uel potius absoluti operis anno MDCIIII (cf. Scal. l. supra laudato et Bernays. Scal. p. 100) deduxisse uidetur.

'Petauianus codex optimae notae.' Quod ad euidentiam perducitur, si cum bis conponimus ea quae ille paullo ante (animaduers. pag. 6) scripsit: '... Tertium ex amplissimi uiri Pauli Petauii Senatoris Parisiensis archetypo descriptum, manu Iacobi Gillotii, uiri amplissimi, summa eruditione et singulari humanitate, Senatoris Parisiensis.' Namque illud apographum etiamnunc in bibliotheca Leidensi, Ms. Scal. No. 41 fol. 170 notatum seruatur, quod ex *P* codice descriptum esse primo statim obtutu adparet[1]. — Aeque Pontacus hunc codicem usurpauit, quem *Peta.* literis insigniuit. Scriptus esse uidetur hic codex saeculo VIIII exeunte uel X ineunte et olim fuit coenobii S. Maximini Miciacensis[2], id quod probatur hac inscriptione in pag. 2ª conlocata: 'Hic est liber scī [Maximini Miciacensis][3] Monasterii. qnē Helias Monachus rogante Petro abbate scripsit et ipse Petrus cū salutari hostia die caene dñi super scm̄ altare scī stephani martyris dō et scō maximino habendū obtulit sub huius modi noto ut quisquis eū de isto loco aliquo ingenio non redditurus [abstuleris] abstulerit cū iuda proditore anna et caipha atque pilato damnationem accipiat[4].'

Iam uero restat, ut moneamus, simillimum esse *P* librum Amandino, quem ita imitatur, ut plerumque utriusque codicis singulae paginae, quin etiam singulae lineae inter se conueniant. Tamen, quominus *P* ex *A* descriptum esse censeamus, et nonnullorum locorum diuersitates nos impediunt, et hoc, quod in temporum notatione et in rerum numerorumque inter se ratione *P* aliquanto emendatiorem Amandino esse cernimus. Quare saltem hoc affirmare licet, descriptum esse *P* ex archetypo *A* codici simillimo.

S. Fragmenta Petauiana, praecedenti libro a bibliopega adligata, in sex foliis membranaceis undique corrosis ac decurtatis magnaque uetustate usque quaque corruptis nonnullas Hieronymiani operis partes saeculi septimi uncialibus litteris ita scripta referunt, ut simillima sit scriptura *A* et *B* codicum litteris. Paginae, quoad dispicere licet, uicenarum senarum sunt linearum. Omnino uero tanta inter haec fragmenta et *P* librum intercedit similitudo, ut ad paginam et lineam, atque adeo ad uerborum distinctionem usque conspirent et ut uix facere possis quin suspiceris, super esse hos pannos de eo codice, ex quo olim Petauianum descripserit Helias monachus. Vt autem manifesto cognoscatur quid et quantum Hieronymiani Chronici in his fragmentis nobis sit seruatum, sibi inuicem contrarias ponemus eas *P* codicis paginas quas aeque exhibent haec ipsa sex *S* folia;

$S\ 1^{ab} = P\ 91^{ab}$; $S\ 3^{ab} = P\ 152^{ab}$; $S\ 5^{ab} = P\ 156^{ab}$.
$S\ 2^{ab} = P\ 92^{ab}$; $S\ 4^{ab} = P\ 155^{ab}$; $S\ 6^{ab} = P\ 159^{ab}$.

Exibentur igitur in *S* fol. 1ª anni Abrahae 1450—1458

1ᵇ, 2ª	- -	1462—1476
2ᵇ	- -	1480—1494
3ª, 3ᵇ	- -	2281—2290
4ª, 4ᵇ	- -	2316—2322
5ª, 5ᵇ	- -	2323—2338
6ª, 6ᵇ	- -	2356—2363

Huc accedit quod, qua de re infra disserendum est, in miscellaneo codice Vat. Reg. 1709 eorundem fragmentorum duo folia super esse ueri est simillimum, quare hic statim subiungam,

Vat. Reg. 1709 fol. 34^{ab} respondere $P\ 41^{ab}$,
- - - - 35^{ab} - $P\ 46^{ab}$.

---

[1] Hinc corrigendum quod Reifferscheid l. c. pag. 22 suspicatus est de Petauiano codice ac de Petauianis fragmentis.

[2] St. Mesmin prope Aureliam urbem.

[3] Quae uncis inclusi uerba, erasa sunt in codice, sed conlatis conpluribus aliis libri paginis, uelut 80ᵇ et 81ª suppleri potuerunt facili negotio, quippe in quibus repetita reperiantur uerba haec: 'Hic est liber Sci Maximini Miciacensis coenobii.'

[4] cf. Curiosités bibliographiques par Ludovic Lalanne. Paris 1857. p. 149: au commencement du sixième siècle il est fait mention des bibliothèques monastiques au centre de la France, dans la donation d'une collection de livres d'histoire à la bibliothèque de Miei près Orléans. Ces livres qui subsistaient encore au neuvième siècle portaient en note que le donateur les avait offerts et déposés le jeudi saint sur l'autel de St. Étienne.

c. Codex **Leidensis**, Ms. lat. Bibl. publ. No. 30, olim Corbeiensis, membranaceus, formae octauae maioris, fol. 127, scriptus saeculo duodecimo, ut perspicuum fit ex primae paginae subscriptione hac: 'Hic liber scī Petri corbeiensis cenobii. anno M. C. LIII. scriptus est. Si quis illum quolibet ingenio ab ecclesia alienare noluerit, iram dei et ipsius sci in tremendo iudicio incurrat. fiat. fiat. amen. amen'[1]. — Antecedit 'Isydorus hispalensis archieps' inscriptio et fragmentum chronicorum Isidori breuiorum quod facit cum Isidori etymologiarum libri V[i] capitis XXXVIIII[i] paragrapho II—XI[o] editionis Romanae[2].

Continet hic liber praeter Hieronymum etiam Prosperum Tironem et Sigebertum Gemblacensem, uideturque ex eodem fonte manasse e quo bibliothecae Laudunensis codex 404 deductus est, ut qui secundum catalogum[3] in prima pagina post *Isidori hispalensis* chronicorum librorum fragmentum haec exhibeat: 'Hic liber Scti Vincentii Laudunensis cenobii. anno Domini MCXXXVI[o] scriptus est. Si quis illum quolibet ingenio ab ecclesia alienare uoluerit, iram dei et ipsius sancti in tremendo iudicio incurrat. fiat. fiat. fiat. amen.' Corbeiensis ille alteri codicum ordini ut recentior et interpolatus omnino deterior adnumerandus est, quod cum non perspectum haberem, (scilicet prius in hunc librum Ritschelii singulari humanitate mihi concessum incidi quam de codicum Hieronymianorum condicione ac fide mihi constabat), totum eum descripsi. Neque me inutilis et molesti laboris poenitet, cum etiam uilioris alicuius et interpolati libri accuratissimam descriptionem habere non mediocri mihi fuerit usui. Nempe ex hoc maxime libro didici quantum interesset inter antiquissimos Hieronymi libros *ABPSF* et recentiores uelut Leidenses *cde* alios, qui in eo potissimum differunt a priori ordine, quod rerum gestarum seriem coartatam referunt in *spatio historico* quod uocauit Scaliger. De qua re infra amplius disseram.

d. Codex **Leidensis**, Ms. Lips. F. 2. 117 foliorum, membranaceus, formae maximae, saeculi ut uidetur duodecimi exeuntis uel potius decimi tertii. Continet Hieronymum Prosperum Sigebertum Gemblacensem[4]. Olim cum fuerit I. Lipsi, ut inscriptione traditur, ab Auberto Miraeo ad recensendum Sigebertum Gemblacensem adhibitus est, quod testatur Miraeus in chron. Sigeb. Gembl. praef. pag. 1: 'Tertius codex fuit Cl. V. Iusti Lipsi *μακαρίτου*, quem pro sua erga nos beniuolentia utendum libens tradidit', et saepius in Hieronymi chronici margine. Omnino uero animadnertendum, ad Hieronymum recensendum praeter Amandinum tres reliquos Miraei codices nullius fere momenti esse, Lipsianum dico et Ortelianum et Aquicinctinum; sunt enim et deteriores quod ex eorum scripturis a Miraeo notatis colligitur, et recentiores, quod de Orteliano Aquicinctinoque coniicimus, certo scimus de Lipsiano[5].

e. Codex **Leidensis**, Ms. lat. Bibl. Publ. No. 97 *B*, 110 foliorum, formae octauae, scriptus est in membranis nitidissimis saeculo decimo quarto uel potius quinto, scripturae eo genere quod nocant romano, elegantissime quidem sed admodum mendose. Quem librum Otto Iahnius V. D. me commonefecit simillimum esse iis codicibus quos Matthiae Coruini in usum ab Italis descriptos esse constat[6]. Paginae sunt uicenarum uonenarum uel tricenarum binarum linearum. In initio codex aeque mutilus est atque in fine, cum incipiat Eusebi interpretatae praefationis uerbis his: '[qua]si quandam materiam futuro operi omnium mihi regum' cett. et deficiat his in Prosperi uerbis: 'LXI. Theodosio. XVII. et festo Litorinsq. secundo ab aetio. VDCXL'[7]. Iam si addiderimus, hunc codicem et Hieronymum et Prosperum et Exordium illud continere, eundemque ut a librario neglegentissimo ex exemplo non deterrimo quidem sed tamen ualde interpolato et perturbato descriptum, paene nihili esse faciendum ad Chronicon opus recensendum, nihil amplius est, de eo quod moneamus.

---

[1] cf. Schrifttafeln zum Gebrauch bei diplomatischen Vorlesungen. Heft III, Tab. IV ad pag. 548 Mon. Script. hist. Germ. Vol. VI.

[2] Isidori opp. Vol. III, pag. 233. 234.

[3] Catalogue général des Manuscrits des bibliothèques publ. des départements. Vol. I, pag. 207.

[4] cf. Miraeum ad Sigeberti Gemblacensis annum 1148.

[5] Vnde iudicandum de eis quae Valesius pronuntiauit in adnotatt. ad Euseb. hist. eccles. pag. 10: 'Sic certe in uetustissimis codicibus Eusebiani Chronici, Acutiano (?) Lipsii et Ortelii scriptum habetur, ut testatus est Miraeus.'

[6] Lalanne curiosités bibliographiques pag. 217 describitur liber manuscriptus 'Diui Hieronymi breuiarium in psalmos Dauid' qui olim fuerat Matthiae Coruini, nunc adseruatur in bibl. Paris., et quatenus dispicere licet, simillimus est Leidensi *e*.

[7] cf. Roncalli I, pag. 662.

Iam ab his octo libris transeundum ad

B.

eos codices, quos mihi ipsi examinare non licuit.

Ls. Codex Londinensis, Mus. Brit. 16, 974, Plut. CXCIV̄. H. — (11) insignitus, cuius notitiam Iosephi Schichowski amicitiae debeo, qui quod meum in usum boc de exemplo notauit, boo est. Codex formae quadratae membranaceus scriptus uidetur saec. VIIII° uel X° ineunte. Praecedunt Hieronymi commentarii in Matthaeum. In fol. 57ᵃ Chronicorum liber incipit praemissa inscriptione, quam in cbarta pellucida Schichowskius mihi delineauit, quaeque litterarum formam si spectemus exarata uidetur secundum exemplar multo antiquius et ei scripturae simillimum, quam Bougarsiani inscriptio supra a me allata exhibet. Singulare quid in boc libro notandum est, id nimirum quod Hieronymi praefationem bis, et primum quidem ab adbreuiatore excerptam, deinde integram, ut uidetur, repraesentat, et quod in priore illa excerpta interpolata quaedam uerba de quibus infra disseremus[1] leguntur, cum non habeantur in altera integra. Tamen non possum non suspicari, uel banc alteram Hieronymi praefationem decurtatam esse, quoniam uix crediderim, fieri posse quod mihi traditum est, ut integre sit scripta in unius tantum folii spatio, cum e. g. in Bongarsiano libro, cuius priores paginae aeque binas habent columnas, banc ipsam praefationem non quattuor paginas, sed prope sex amplecti uideam. — Eusebi praefationis interpretatae initium est in fol. 59ᵃ, totusque Chronicorum liber continuatur usque ad fol. 108ᵇ, ubi 'Finit Chronica Eusebii. ab urbe condita usque ad extremum huius operis annum fiunt anni M̄ CXXXI. hoc modo. sub regibus anni CCXL. sub consulibus anni CCCCLXIIII cett. cett.' subscripta sunt. Hinc inde paginae sunt quadragenarum quaternarum linearum et singularum columnarum, cum huc usque fuerint binarum columnarum et quadragenarum quaternarum uel trinarum linearum. Temporum igitur et rerum enarratio producitur ad fol. 113ᵇ ubi deficit, cum iam fol. 113ᵃ med. haec legantur minio uncialibus litteris scripta: 'Vsque hic: marius uepiscopus:' In extremo codice leguntur ista: '... et XL Chlotacharii regis ann. anni. V. Milia DCCCXXII.'

Iam uides banc extremam totius operis paginam ea continere, quae Chiffletius sub appendicis nomine in calce libri Mario episcopo inscripti expressit[2]. Porro cum aeque sit consentaneum, uniuersum Hieronymi opus fieri uix posse ut contineatur in quinquaginta foliis siue centum paginis quadragenarum quaternarum linearum, cum idem liber in Bongarsiano codice septnaginta tria amplectatur folia, sine centum quadraginta sex paginas tricenarum quinarum uel qaadragenarum linearum, in promptu est cogitare de cbronicorum libro aliquo modo decurtato, quem, ut Londinensis codicis inscriptiones tradunt[3], uere epitomen dicas.

Porro mentionem faciam Vaticanorum codicum, de quibus quae sibi notauit, Theodorus Mommsenus liberalissime mecum communicauit. Ex his cum satis perspectum habeam non esse cur aegre feram, me his codicibus uti non potuisse, bos libros hic singillatim enumerare satis bubeam.

Vat. 241. membr. saec. XV. fol. 149	Vat. 241. 242. 243. 245 codicum uarias scripturas descripsit Montfaucon in Bibl. Bibl. I. pag. 146 sqq.
Vat. 242. membr. saec. XV. fol. 78	
Vat. 243. membr. saec. XV. fol. 76	
Vat. 244. chart. saec. XV	
Vat. 245.	

Vat. 246. membr. saec. XV.
Vat. 247. chart. saec. XV.
Vrb. 382. membr. saec. XV.

[1] nimirum uerba interpolata haece: 'Vt autem manifesto cognoscatur — linearum.' de quibus infra.

[2] cf. Roncalli II, pag. 399 et 415—417.

[3] uelut in fol. 57ᵇ capitalibus litteris boc est scriptum: 'explicit prefatio. incip̄ epitome eusebii. Eusebius hieronim̄ uincentio et suis sā. Vetus iste' cett. cett., et in eiusd. folii margine a manu recentiore: 'epitomae excerptae adbreuiatio.' rursus uero in fol. 58ᵇ haec habentur: 'expli praefatio. incip̄ epitome Euseb.' Quibus quasi in transitu addam, peculiare id animaduerti, quod in prioris Hieronymi praefationis his uerbis: 'Vetus iste disertorum' *disertorum* uocem sic scriptam uidemus: 'dėsertorum', quod idem reperitur in Amandino, ubi a prima manu *ies* ex *es* correctum esse notaui.

Vrb. 421. membr. saec. XV.
Pal. 817. membr. saec. XV
Pal. 818. membr. saec. XV
Pal. 821. membr. saec. XV
Pal. 867. membr. saec. XIIII } [1]
Reg. 560. (Alex. Petauii) saec. XIIII uel fort. XIII de quo infra exponam.
Ottob. 473. saec. XV uel fort. XIIII exeunt., quem Mommsenus omnium optimum esse suspicatur.
Ottob. 604. membr. saec. XV.
Ottob. 643. membr. saec. XV.
Ottob. 743. membr. saec. XV.
Ottob. 749.
Reg. 2034. chart. saec. XV.

Ecce igitur uiginti Chronicorum codices, quorum ne unus quidem septem eos (Leidensem *e* si exciplas) quos descripsi, uetustate aequat. Quibuscum si conferas quod A. Maius pronunciauit in alterius Chronicorum editionis[2] praefatione: 'sunt enim in Vaticana Pontificis maximi bibliotheca posterioris chronicorum libri codices plus uiginti, quos inter aliquot ueteres et praestantissimi', aut Maium errasse suspicaberis, aut Vaticanae catalogos uiliorum tantum codicum farraginem referre, 'ueteres' uero ac 'praestantissimos' tacere, ideoque Mommseni enumerationem mancam esse. Quod ueri quam sit dissimile per se patet. Etenim Mommsenum e notis quas mihi describendas concessit, non modo hos quos supra enumeraui libros examinasse perspicuum fit, sed etiam reliquos codices ad chronologiam spectantes Hieronymique nomine insignitos perscrutatum esse, uelut Reg. (liber Sci Remigii), saec. X; Reg. 2034 chart. saec. XV; Reg. 2077 (Verrinarum codicem rescriptum) saec. VII; Reg. 1709 codicem quem uocant miscellaneum, e quo ad Hieronymi Chronicorum adparatum criticum aliquantulum frugis adfertur.

Nempe in isto codice Mommsenum uideo referre duo inesse quadratae formae folia, 34 et 35 signata, quae Chronicorum Hieronymianorum olim fuisse manifestum est, quippe quae incipiant in XII° Proeti, desinant in II° Sicyoniorum Adrasti anno.

Haec si cum Petauiano codice comparamus, en habemus illius fol. 41ᵃ incipiens in XII° Proeti Argiuorum regis, fol. 46ᵇ deficiens in secundo Adrasti anno. Iam in mentem nobis reuocemus *S* libri (Petauianorum fragmentorum) proprium illud, quod aeque atque haec duo Vaticana folia ad paginam atque adeo ad lineam usque cum Petauiano libro conspirant. Porro si omnes Vaticanae bibliothecae 'Reg.' signatos codices prouenire de Christinae Suedorum reginae scriniis cui Alexander Petauius, P. Petaui filius patris codicum maximam partem uenditauerat[3], meminimus, coniectura satis probabili colligere licebit, pertinere illud Vaticanum fragmentum ad Leidensia fragmenta Petauiana. Quod Vaticanum fragmentum olim quaternionis fuisse folium secundum et septimum, e comparatione cum Petauiano libro instituta computatione facili efficitur. Ceterum cf. pag. XII.

Quibus subiungam Pontacenorum librorum, exceptis tamen certam ob causam libris impressis, breuem conspectum depromtum illum ex Pontaci Editionis adparatu pag. 26 sqq.

A. Aurelianensis mihi *B* signatur, quo de cf. pag. X.

Av. Auenionense Ms. 'continebat eadem [duo] Chronica, sed distincta per capita et sine lineis columnis aut serie numerorum, a uiro non indocto commodatum.' Qui liber quamquam propter temporum rationem prorsus neglectam in Hieronymo recensendo nullius fere esse potest momenti, tamen hanc ipsam ob singularem neglegentiam, habet, quod non silentio praetereamus. Etenim Syncellum Epitomatoremque Syriacum si examinemus, hos eandem fere rationem sequi uidebimus, nempe eam, ut ex Eusebio (siue, quod A. de Gutschmid me monuit, ex Aniano aut Panodoro) omissis numerorum columnis, rerum gestarum illam narrationem describant, quam Syncellus *σποράδην* sub titulo referre soleat.

---

[1] Sunt, recte si coniicimus, hi quattuor Palatini libri quorum uarias lectiones a Salmasio olim cum Scaligeri Thesauro conlatas publici iuris fecit H. L. Schurzfleischius in Notitia Bibliothecae Vinariensis. Ed. alt. Ienae 1715.

[2] Scriptor. ueterum noua collectio Tom. VIII. Editoris praef. pag. V.

[3] cf. Mabillon liturgia gallicana praef. l. c. et L. Lalanne curiosités bibliographiques p. 219.

Similis Auenionensi liber extare uidetur in bibliotheca Trecensi[1] (No. 802 saec. VIIII nel X insignitus).

Al. (monasterii Alcobuciensis in Hispunia) 'ab Andrea Schotto Antuerpensi, in historia tantum, nullo autem modo in chronologia collatum.' Descriptus esse uidetur hic liber e Bongarsiano nel simili aliquo codice.

Fa. Fabritianum, elegantissime quidem scriptum, sed, nt ex Pontaci notis efficitur, neque netustate neque praestantia insigne.

L. 'Lemonicense Ms. cum solis Chronicis Eusebii et Hieronymi' ex *B* nel simili libro nidetur descriptus esse.

Lo. 'Lodonense cum tribus Chronicis Eusebii Hieronymi et Prosperi' pronenit ex Lemonicensi bibliotheca, bano babens subscriptionem: 'Iste liber est fratris Guidonis ordinis praedicatorum quem habuit ab auunculo suo episcopo Lodonensi.' Melioris notae est exemplar.

M. Meldense Ms. cum duobus primis Chronicis sine Prospero.

O. 'Oisellinum Ms. cum Eusebio Hieronymo et etiam cum Chronico nomine Prosperi, non quidem uulgato sed Pithoeano: hoc babet singulare prae caeteris quod in eo uideas uarietatem illam colorum Rubri Caerulei uiridis obseruatam, sed nou iustam aut non cum eo iudicio et ratione, quam Hieronymus praescripserat. Habet etiam bistoriam separatam a canonicis Cbronicis seu colnmnis numerorum, sicuti supra[2] pluribus declaranimus' (cf. etiam Pontac. de Vaticanis codd. pag. 30). E quibus satis perspicuum fit, hunc codicem ad eum librorum ordinem esse referendum, cuius Leid. *c* luculentum esse exemplum exposui pag. XIII.

P. (mihi *Put.*). 'Puteanum Ms. continens Eusebii et Hieronymi Chronica sine Prospero, multis in locis propter netustatem fugientibus literis et lituris refertum, qnod olim suppeditanit Claudius Puteanus V. l.' Quam scripturae malam condicionem caussam fuisse puto, cur Pont. rarius tantum illius codicis uarias lectiones referret.

Peta. (mihi *P*) de quo iam supra (pag. XI sq.). dixi. Aeque iam desserui de Petauianis Fragmentis (mihi *S*), cf. pag. XII.

Pi. 'Pithoeanum Ms. cum Chronicis Eusebii et Hieronymi sine Prospero, proueniens a Francisco Pithoeo.' Videtur descriptus esse e Lemonicensi *L* neque magnae est auctoritatis.

Reg. Reginm Ms. quod olim extabat in Bibliotheca Catbarinae Medicueae Reginae Matris, habens Chronica Eusebii et Hieronymi, sed 'non, ut ceteri codices plerique, secundum annos Abrahae, sed mundi disposita, quod interpolatoris manum sapit.'

S. Sozomeni Pistoriensis Cbronicon Ms. in qno ad nerbnm descriptum est Chronicon Eusebii usque ad Olymp. 183 in his quae pertinent ad historiam; nam desideratur series annalis,' qnare inter leuioris momenti libros est numerandum. Ceterum cf. quae diximus ad Auenionense pag. XV.

Tres ms. *Fab.* seu 3 ms. *Fab.* significat Nicolai Fabri Chronicon Eusebii Basileae 1529 editum in quo trium manu scriptorum quorum unum a Iacobo Cuiacio prouenerat, nariae lectiones notatae sunt. Quatenus licet indicare e scripturis a Pontaco relatis, eidem codicum ordini adscribendi sunt hi libri, cui Lodonensem tribuimus.

V. Va. Vat. trium Vaticanorum a Pontaco conlatorum codicum,

Vatic. uero, accedentibus reliquis quattuor eiusdem bibliothecae libris, omnino Vaticanorum significat scripturas, additis saepe nel quattuor nel quinque uel sex septemue numeris. Iam nero, cum ex Mommseni schedis item septem Vaticanorum proprie dictorum codicum recensum exhibuerimus, qui quam parui essent aestimandi, indicauimus, non habemns, cur Pontacenorum Vat. librorum scripturis quicquam tribuamus, nisi quod de externa borum codicum forma Pontacus in extrema nota (pag. 30) haec subiunxit: — 'quibus (nim. notis) etiam significauit (nim. Henricus Spondanus) quinque exemplaria habere omnia disposita sub uariis columnis, eodem fere modo quo habentur in impressis, licet saepe uarient; at tria reliqua continere omnia sub unica columna praeter numeros, qui in singulis columellis notant seriem annorum Regum et aliorum, ut crediderim illa tria esse hac in re similia Oisellino et Victorino codicibus de quibus supra (de Vict. infra).' Ubi in numero errauit Pontacus, quippe qui paullo ante aperte septem tantum codices

[1] Catalogue des Mss. des biblioth. publ. des départements. Vol. II, pag. 332 et 333 sqq.

[2] Vid. Pont. Adparatus pag. 18 sqq.

Vatic. numerasset. Quare crediderim, eum memoriae lapsu 'quinque' scripsisse pro 'quattuor', quod facilius accidere potuisse puto, quam 'tria' uocabulum in eadem pagina subinde repetitum pro 'duo' uoce scripsisse Pontacum. Huc accedit, quod idem etiam in pag. 18 diserte tres Vaticanos codices commemorat, quos eandem rationem sequi in uerborum numerorumque dispositione pronunciat. Quamquam non taceam, ex Mommseni notis non quattuor, sed quinque Vaticanorum codicum certam quandam adfinitatem probari posse, nempe horum: Vatic. 242. 243. 244. 245. 246.

Vi. 'Victorinum cum Eusebio et Hieronymo et praeterea cum Chronico nomine Prosperi eodem cum illo quod edidit Pet. Pithoeus ut germanum, quodque habetur in Oisellino, cui est picturae ac colorum elegantia et uarietate, nec non referendae historiae ratione extra columnas canonum non tantum simile, sed paene idem.' 'Depromtum est e Bibliotheca monasterii Sancti Victorii in suburbiis Parisiensibus.' Huius codicis, ut *Pi.* et *O.* ualde similis, scripturae nullius sunt momenti.

Quibus addam Vallarsi et Roncalli libros. Quorum ille contulit[1]

Parmensem LII, 'probae antiquitatis et notae', et

'alium recentiorem quidem sed satis tamen emendatum',

hic aeque duos libros[2],

Ravennatem, 'antiquum et optimae notae', et

Malatestianum, 'qui licet tantam antiquitatem non prae se ferat, tamen ex optimo Exemplari fideliter descriptus dignoscatur'[3].

Ceterum subiungam, recentioris aetatis Chronographos qnos Hieronymi chronicorum libro usos esse constat, Marianum et Hermannum Contractum exemplaribus Hieronymi instructos esse uideri, quae proxime abessent a *Lo.* et *Fa.*

Iam uero superest ut de uno Pontaci libro commenter qui quamuis ad recensendum Hieronymi opus uix quidquam conferat tamen aliam ob causam dignus est quem prae reliquis Burdigalensis Editoris codicibus adcuratius examinemus.

Fux. 'Fuxense Ms. habens sola Chronica Eusebii et Hieronymi, quod nobis e celebri bibliotheca collegii Fuxensis Tholosani prodiit, et singulari munere alumnorum illius, et diligentia Ioannis Sabaterii Senatoris Tholosani, charissimi sororis filii, ad nos peruenit.' — Ac primum quidem hoc animaduertendum, ex orthographia quam *Fux.* secutus esse perhibeatur, adparere, non magnae eum uetustatis, certe quidem undecimo uel duodecimo saeculo antiquiorem eum non esse. Tamen nunquam fere non facit cum Amandino Petauianoque libris (cf. Pontac. not. ad *Peta.* 'hoc exemplar prae ceteris propius accedit ad *Fux.*'), quare ex antiquo satisque integro exemplo eum descriptum esse suspiceris. Huc accedit quod praeter aliqua additamenta uerborumque mutationes quae passim lectorem siue grammaticum haud indoctum sapiunt, etiam nonnullarum rerum gestarum memoriam refert, quam, omissam quidem ab omnibus ceteris libris, licet ab Eusebio uel Hieronymo profecta non sit, tamen ex spectatae auctoritatis fonte deductam agnoueris quare infra omnium earum notularum quas alicuius esse momenti iudicaui, adcuratum subiungam recensum.

Quae cum ita sint, sane est quod gaudeamus, *Fuxense* exemplum, quod post Pontacum nemo, quantum equidem scio usurpauit, a Theodoro Mommseno quasi detectum esse et recuperatum. Etenim uir ille clarissimus in CIL. I pag. 484, 3 sqq. disserens de fastis Idatianis ueri esse simillimum demonstrauit, Codicem *Regium* 560 saeculi XIII uel XIIII olim Alexandri Petaui nunc in Bibliotheca Vaticana seruatum eundem esse librum quem Pontacus *Fuxensis* nomine insigniuerit. Quaestionem nunc in liquidum perductam esse iure contendas. Etenim auxilio fratris mei dilectissimi nunc Romae antiquitatis studiis uacantis certior sum factus, tam arte conuenire inter *Fuxensem* et *Regium* non minus de rerum temporumque notis quam de additamentis illis historicis, ut omnem fere dubitationem amotam esse dicas. Quam ob rem addam quae frater meum in usum notauit de libro Regio.

R. Codex *Regius* 560 membranaceus folior. 119, linearum 31, saeculi XIII uel XIIII, olim Alexandri Petaui senatoris Parisiensis, ut testatur subscriptio folii primi recti. Praefationes binis columnis scriptae tria

[1] cf. Vallars. praefat. pag. XXXVIII med.

[2] cf. Roncalli praefat. pag. VI.

[3] a Roncallio 'Ms. Caes.' insignitus, cf. pag. 78 notam, e qua colligi licet, illum librum priori uel antiquiori, Rauennatem uero posteriori siue recentiori ordini esse adnumerandum.

prima folia occupant. Incipiunt Chronici canones in summo folio quarto recto. Omnes numerorum siue regnorum singulorum columnae singulis paginis conprehensas exhibet, qua in re omnium quotquot mihi innotuerunt prioris ordinis librorum solus facit cum *B* codice. Aeque conspirat cum *B* in colorum diuersitate et in eo quod inde ab Olympiade LXV spatium historicum capit initium.

Rerum dispositionem ex fratris schedis intellexi plerumque in antiquissimorum codicum rationem chronologicam quadrare, passimque ubi discrepat notaui. Cum tamen usu cognouerim, fieri omnino non posse, ut de alicuius libri memoria chronologica certum ac iustum facerem indicium, nisi aut ipso codice, aut certe uniuersi libri adcurata imagine uti mihi liceret qualem *ABPFS* codicum mihi ipse procuraui, in his quae passim notaui adquiescendum esse statui, cum praesertim eiusdem ordinis codicum cui *R* adnumerandus est memoriam chronologicam et integriores et uetustiores testes nempe *ABPFS* secutus adcuratissime per totum opus descripserim.

Hoc igitur loco operae pretium facturus esse mihi uideor si eas notas ex temporum ordine proferam, quibus Fuxensis siue Regius Hieronymi opus auxit, quarum quae Aegyptum spectant eas ex Aniano uel Panodoro depromtas esse suspicatus est Alfred de Gutschmid. Quibus subiungam eas ad reliqua regna spectantes notas, quae maioris momenti esse mihi uisa sunt.

I. Regii siue Fuxensis additamenta Aegyptum spectantia.

A. Abr. Editionis meae.

78. Aegyptiorum Pharao propter Saram uxorem Abraham plagis maximis flagellatus est. Ergo Pharaones in hoc tempore dicti inueniuntur.

341. Aegiptiorum reges omnes tunc Pharaones dicebantur propter dignitatem sicut et nos dicimus imperatores augustos. Habebat ergo unusquisque proprium, sicut ex libris Manethonis sacerdotis Aegyptiorum agnoscitur.

400 *c*. Hic est Amenophis seu Amenopthes quem quidam Memnonem putant lapidem loquentem. cuius statua usque ad aduentum Christi sole oriente uocem dare dicebatur. ex tunc enim conticuit. ipse sibi posuit.

505 *g*. .... genuit (*cod. B* generauit), quem Egiptii Horum nominauerunt, Greci Epapbum.

562 *n*. Foenix et Cadmus de Thebaida prouincia Aegyptiorum in Syriam profecti aput Tyrum et Sidoniam regnauerunt.

1144. Alter Sesonchosis cuius pater fuit Siropis. Hunc post mortem deum Syraphin Aegyptii nominantes colunt quem et inferum deum fuisse dicunt. Hoc in membranis Aegyptiacis Ptolemaei quae dicitur sacra scriptura inuenies[1].

1451. Amasis iste ex septem Magis unus fuit quos nobiles Egiptii fuisse dicunt.

1688 *s*. Alexander Hyrcanos et Mardos capit reuertensque in Ammone Paretonium condidit, cumque ascendisset ad Ammonis templum, condidit ciuitatem in Lybia inferiore quam uocant Paraetonium.

1874 *k*. .... tradit uxorem simul cum regno Alexandri mariti sui quod de ducibus eius accipit .... occiso Triphone qui regnum Syriae sibi uendicabat.

1900. Ptolemaeus Euergetes Aegyptiorum regnum dimisit, postque eum regnauit Ptolemaeus cognomine Saluator quem Graeci uocant Fusconem.

1929. Alexander matrem suam occidit.

II. Regii siue Fuxensis additamenta ad reliqua regna pertinentia.

361 *d*. .... descendit in Aegyptum. Aliter. Post mortem Ioseph aliquod tempus libere egerunt Israelite. Sed quia incertum est, seruituti eorum complectitur.

376 *g*. .... Pirantis filius. alter mulierem hoc uocabulo Spirantis filiam dicit.

474 *d*. .... saltationem repporere. Isti famuli Matris Magnae dicuntur.

502 *b*. A Deucaliono — nuncupati sunt. Et terra quae ante Acte uocata Atthica a filia Granai regis Atheniensium secundi, quae dicta est Atthis post hoc.

[1] In nonnullis recentioribus libris, uidelicet, quantum ex Pontaci silentio conicere licet, in Auenionensi Alcobaciensi Meldensi Puteano Regio, et in Palatinis primo et quarto quod diserte tradit Schurtzfleisch Notitia pag. 213 leguntur haece: 'Huius Sesonchosis Aegypti regis pater fuit Siropis. Hunc ferunt quidam post mortem ab Aegyptiis deum nuncupatum, eumque Serapim adpellatum.' Ceterum cf. Gutschmidium in N. Mus. Rhen. 13 pag. 492 et in Zarncki Actis literar. 1865 pag. 532.

A. Abr. Editionis meae.

599 *a.* Idei digiti quos dicunt Greci. Ideus dactilus. His temporibus erant qui ferrum repperernnt.

629 *b.* .... confingit. sub hoc Erictheo et misteria iuceperunt Atheuienses. Quia aquilo boreas dicitur.

667 *c.* Tityus couflixit Tantalo et Titioni Latona mater Apollinis qui cum Hercule seruiit Admeto. Aliter (*Cod.* alter). Tautalus et Titios simul degehaut. Titionis autem temporibus Latonu fuit ex qua Apollo alter qui cum Hercule seruiit Admeto.

668 *d.* Ea quae de Frixo et Melicerte dicuntur, hoc tempore fuerunt facta. sub quo celebrata sunt Istbmia.

682 *h.* Pegasus — nauis fuit. Bellorofon equo suo Pegaso riuulum qui plenus erat serpentium et ferarum fugiens ocius transiuit. Unde occidisse Chimeram dicitur. Quia chimarus grece dicitur locus et quia plenus fuerat bestiarum. Diuersa capita eum continere aiunt fabule Grecorum. Velocitatis enim causa equum pennatam pingunt. Palefatns autem ait nauem fuisse Bellorofontis cuius nomen erat pegasus.

1158 *h.* .... Ioas interficitur. Hic Zacharias Ioiadae filius fuit qui pro ueritate regi resistens occiditur inter templum et altare sicut euangelia testantur. Barachie autem filius appellatur quia ob sanctitatem uite patris barachia uominati quod interpretatur benedictus. Et hic benedicti nomen optinuit.

1197. *Post* Usque ad id tempus — suppatantur MCCXL *additur:* Aliter. Temporibus istis Assyrii siue auctore fuerunt quia Arbaces Medus deposito regno eorum ad suum reuersus est. Deioces Medoces (Medorum?) regnum ipsis coniunxit, magis autem Assyrios ad suum regnum recepit. Sed interim actus proprie feruntur Assyriorum et quam (*siue* quod) reges iterum leuauerunt.

1300. Secundum quosdam Romulus descripsit in decem menses annum prius sine aliqua supputatione confusum.

1418 *c.* Sappho mulier philosopha et Alcbeus poeta clari habentur.

1449. Iterum Habaris de Scytia nenit in Graeciam in Achaiam.

1512 *e.* .... Xerxis ad Acbaiam. qui omnem Greciam expugnauit.

1551 *a.* Themistocles (*Cod.* Themistodes) exul a Persarum rege Xerxe susceptus cum uideret illum bellum inferre Atheniensibus ciuibus suis, ne aut destitueret de se bene meritum aut oppugnaret patriam Magnesiae hausto tauri saaguine moritur (Valer. Max. 258, 3).

1597 *n.* Clades quae in Sicilia Atheniensibas accidit. Alterne pugnantes omnes eeciderunt.

1694 *c.* .... dimicat, sed optinere non potuit.

1775 *b.* Romae templum etiam Vestae incensum correptis circa forum quibus (domibus?) celsioribus igni. Metellus pontifex sacra Vestae semiustus abripuit (Valer. Max. 19, 3).

1983 *v.* Hyrcanus contra Parthos dimicans captiuus apud illos ductus est. Hyrcano captiuo facto Herodes Antipatris Ascalonitae eett.

Horum in librorum recensu adquiescere constitui, non quo ignorarem, numerum quidem Chronicorum codicum bibliothecis diligenter perscrutandis augeri posse[1], quod qui et Montfauconi Haenelique et singularum bibliothecarum catalogos perlustrauerit, facile sibi persuadebit, sed quia non aeque sperare posse mihi uideor fore ut codices et uetastiores et praestantiores eis reperiantur, qui nobis iam suppetunt.

CAPVT II.

Quibus ita expositis progredi licet ad genuinam Hieronymi Chronici indagandam formam externam, quae qualis fuerit codicum auxilio consequi in synchronistico opere summi est momenti et criticae operae quasi fundamentum.

Prius uero quam hac de quaestione satis impedita commentor, lectorum commodo *AFBc.* codicum et Armeniae uersionis aliquas paginas describam, fideliter seruata uerborum numerorumque scriptura et conlocatione, quae specimina adcuratae talis imaginis loco qualem barbaro facsimile uocabulo nuncupare solemus, repraesentata esse lectores animaduertunt.

[1] Velut ex epistula a Petermanno V. D. Constantinopoli data certior factus sum de Hieronymiani operis codice in Palatii Constantinopolitani bibliotheca seruato, qui olim Matthiae Coruini fuisse dicitur, scriptus saec. XV. Quibuscum conferas quae exposui de Leidensi *s* pag. XIII.

A libri

	Assyrior,	hebraeor,			sycionior,
	XXVII	XCIII			LX
	XXVIII	XCIIII	CCCLXXX· annus	ф	LXI
	XXVIIII	XCV	repromissionis	XXX ann. mosi	LXII
	XXX	XCVI			LXIII
	assyriorum ·XV			sicyoniorum XIII·	
	sparaethus ·an ·XL·			marathus· ann ·XXX·	
	I	XCVII			I
	II	XCVIII	XXXV· mosi anno		II
CCCCLX	III	XCVIIII	cecrops regnabat		III
	IIII	C	in attica aquousq:		IIII
	V	CI	adtroiaecaptiuita		V
	VI	CII	tem fiunt anni		VI
	VII	CIII	CCCLXXXV		VII
	VIII	CIIII	CCCXC· ann.	ф XL· annus mosi	VIII
	VIIII	CV	repromissionis		VIIII
	X	CVI			X
	XI	CVII			XI
			moses aegyptum derelinquens in heremophilosophatur		
	XII ·	CVIII			XII
CCCCLXX	XIII	CVIIII			XIII
	XIIII	CX			XIIII
	XV	CXI			XV
	XVI	CXII			XVI
	(minio)				*(minio)*

pag. 32ᵇ et 33ᵃ.

argiuor,		athenieusium regni principiũ	aegyptior,
XXV			XXIIII
XXVI			XXV
XXVII			XXVI
XXVIII			XXVII
	(*minio*)	his temporibus in acta	
		quae nunc actica nun	
XXVIIII		cupatur primus regna	XXVIII
XXX		uit cecrops quiet dyfi	XXVIIII
<u>XXXI</u>		es ·anuis L·	XXX
XXXII	I	a cecrope usque ad primã	XXXI
XXXIII	II	olympiadem uumeran	XXXII
XXXIIII	III	tur regea XVII· priucipes	XXXIII
XXXV	IIII	uero quos mors tantũ	XXXIIII
argis ·VII· tri		fiuiebat ·XII· sub quib·	
ophas ·au ·XLVI		aput graecos multa mi	
I	V	randa narrantur	XXXV
II	VI		XXXVI
III	VII	cecroperegnantepri	XXXVII
IIII	VIII	mum in arce oliua orta est et ex miueruæ no	XXXVIII
		mine quae graece athe	aegypti ·achẽ
		na· athenae uuncupa	cheres· au ·XII
V	VIIII	tae dicebatur autem difyes siue oblougitu	I
<u>VI</u>	<u>X</u>	dinem corporis siue id	<u>II</u>
VII	XI	circo quod cum esset aegyptius utrãquelingu	III
VIII	XII	am sciebat	IIII
VIIII	XIII (*minio*)	primus cecrops bouẽ immolans iouẽappella uit et cecropia regio ab eo nuncupata	V

F libri

	assyriorum	hebraeorum			sycionorum
	II	XCVIII			II
	III	XCVIIII	XXV anno mo ysi cecrops regnabat in attica a quo usque troiae captiuitatem · fiunt anni CCC LXX ·V· ;		III
	IIII	C			IIII
	V	CI			V
	VI	CII			VI
	VII	CIII			VII
	VIII	CIIII	CCCXC an̄ repromissionis	XL an̄n moysi	VIII
	VIIII	CV			VIIII
	X	CVI			X
	XI	CVII			XI
	XII	CVIII	moyses aegyptum derelinquens in heremo philosophatur		XII
CCCCL	XIII	CVIIII			XIII
	XIIII	CX			XIIII
	XV	CXI			XV
	XVI	CXII			XVI
	XVII	CXIII			XVII
	XVIII	CXIIII	CCCC an̄ repromissionis	L an̄n moysi	XVIII
	XVIIII	CXV			XVIIII
	XX	CXVI			XX

Nota] *Huius codicis atro uiridi minio purpura scri-*
in pagina hic illic singulas uoces
id eo esse factum consilio, ut
artificiosius constituenda librarius

p a g. 37ᵇ e t 38ᵃ.

arginorum	atheniensium regni principium		aegyptiorum	
XXX	his temporib; in acia quae nunc attica nuucupatur. primus re gnauit cecrops qui et dypes añ L·		XXVIIII	
XXXI			XXX	
XXXII	I	a cecropeusque ad primā olympiadem uumerantur reges ·XVII· principes uero quos mors ta utum finiebat XII sub quibus apud grecos multa mi randa nar rant ur ·:·	XXXI	
XXXIII	II		XXXII	
XXXIIII	III		XXXIII	
XXXV	IIII		XXXIIII	
argis ·VII·				
troipas				
añ ·XLVI·				
I	V	cecrope regnante pri mum in arce oliua or ta est et ex mineruae nomine quę grecę atena atenę nun cupatę diceba tur autem dyfies siue oblongitu dine corporis siue iccirco quod cū essot ęgyptius u tramque lingua scieb at	XXXV	
II	VI		XXXVI	
III	VII		XXXVII	
IIII	VIII		XXXVIII	
			aegypti	
			acenceres	
			ann ·XII·	
V	VIIII		I	
VI	X		II	
VII	XI		III	
VIII	XII	primus cecrops bouem immol ans iouem ap pellauit et cecropia re gio ab eo nuncu pata	IIII	coretes et co ribantes e nosson con diderunt qui modulatam et inter se concineu tem in ar missalta tionem reppe rere
VIIII	XIII		V	
X	XIIII		VI·	
XI	XV		VII	
XII	XVI		VIII	
XIII	XVII		VIIII	

pti colorum diuersitati imitandae supersedendum esse censui. Ceterum moneo, id quod hac singulasque uocum litteras magis diductas quam coartatas esse uides, uniuersa singularum uirgularum forma seruaretur, in qua lusit.

B libri pag. 18ᵃ.

	Assyrior.	hebraeor.			sicyoniorũ	argiuor.		atheniensiũ regni principiũ	aegiptiorum
	XXX	XCVI			LXIII	XXVIII		bis temporib, in ac	XXVII
	assyrio	XCVII			Sycioniorũ XIII			ta. quae nunc attica	XXVIII
	rũ XV· s	XCVIII	·XXXV·		marathius			nuncupatur. Primus	(*minio*)
	parae	XCVIIII	moysi auuo		aññ ·XXX·			regnauit cecrops	XXVIIII
	thus aññ XL·	C	cecropsreg			XXVIIII		qui et difyes añ ·L·	XXX
	I	CI	nabat in attica a quousq: ad			XXX			XXXI
	II	CII	troiae capti		I	XXXI	I	A cecropeusq: ad pri	XXXII
CC CC LX	III	CIII	nitatẽ fiunt		II	XXXII	II	mã olimpiadẽ. nume	XXXIII
	IIII		anni CCCLXXV			XXXIII	III	rantur reges XVII· prin	
	V	CIIII			III	XXXIIII	IIII	cipes uero quos mors	
	VI	CV	CCCXC añ		IIII	XXXV	V	tantũ fiuiebat ·XII·	XXXIIII
	VII	CVI	repromissio		V	Argis ·VII· Tri		Sub quib, aput grecos	XXXV
	VIII	CVII	nis ·XL añ		VI	opas ·añ ·XLVI		multa miranda nar	XXXVI
	VIIII		moysi		VII		VI	rautur	XXXVII
	X	CVIII				I	VII		XXXVIII
		CVIIII	Moysis		VIII	II	VIII	Cecroperegnante	Aegypti
	XI	CX	aegyptũ de		VIIII	III	VIIII	primum in arche oli	adchen cheres
	XII		relinquens		X	IIII	X	ua orta est· Et ex mi	aññ XII
CCC CLXX	XIII	CXI	inheremo		XI	V	nerue	nomine quae grece	I
	XIIII	CXII	filosofatur			VI	XI	athena· Athenae nun	II
		CXIII			XII	VII	XII	cupatae dicebatur au	III
	XV				XIII	VIII	XIII	tem difyes sine ob	IIII
	XVI	CXIIII	·CCCC añ·		XIIII	VIIII	XIIII	lougitudinẽ corpo	V
	XVII	CXV	repromis-	L· añ moysi		X	XV	ris· Siue idcirco quod	VI
	XVIII	CXVI	sionis			XI	XVI	cu esset aegyptius	VII
	XVIIII				XV	XII	XVII	utramq: linguam	VIII
	XX	CXVII			XVI	XIII	XVIII	sciebat·	VIIII
		CXVIII			XVII	XIIII	Primus	·cecrops· boueim	X
	XXI				XVIII	XV	XVIIII	molans ioue appellanit	
		CXVIIII			XVIIII	XVI	XX	et cecropiaregio ab eo	
	XXII				XX		(*minio*)	nuncupata	XI
					XXI	Curetes et corybautes enosson condiderunt			
CCCC LXXX	XXIII (*minio*)				XXII	qui modolatam et interse concinentẽ in armis saltationem repperire·			XII
					XXIII (*minio*)	Caldaci contra foenicas dimicant· musicus euthei et nimfae filius agnoscitur·			

Leidensis *c* pag. 12[b].

	Hebr.	assyr.	sych	argiv.	athen	aegypt	
							I. paretus *A*ssyriorum ·XV· Sparetus
	XCVII	I	I	XXVIIII		XXVIII	annis ·XL· *S*ychioniorum
	XCVIII	II	II	XXX		XXVIIII	·XIII· marathius anñ ·XXX·
CCCCLX	XCVIIII	III	III	XXXI		XXX	*T*ricesimo quinto anno

moysi cecrops regnabat ĩ attica. a quo usque ad troie captiuitatem fuint anni ·CCC·LXXV· *C*ecrops atheniensium regni principium. *C*ecrope regnante primũ in arce oliua orta ē. et ex minerue nomine que grece athena dicitur athene nuncupate. Dicebatur autem defies siue ob longitudinem corporis sine idcirco quod cum esset egyptius utramque linguam sciebat.

C	*IIII*	*IIII*	*XXXII*	*I*	*XXXI*	
CI	V	V	XXXIII	II	XXXII	
CII	VI	VI	XXXIIII	III	XXXIII	
CIII	VII	VII	XXXV	IIII	XXXIIII	/ann ·XLVI·

*P*rimus cecrops bonem immolans iouem *Triopas* [A]rgis ·VII· Triopas appellauit· et cecropia regio ab eo nuncupata ē. a quo ad primam olimpiadem numerantur reges ·XVII· Principes uero quos mors tantum finiebat ·XII· sub quibus apud grecos multa mira narrantur. /sionis ·moysi ·XL·

CIIII	VIII	VIII	I	V	XXXV	·CCC·XC· annus repromis

*M*oyses aegyptum derelinquens. in heremo philosophatur.

	CV	VIIII	VIIII	II	VI	XXXVI	
	CVI	X	X	III	VII	XXXVII	
	CVII	XI	XI	IIII	VIII	XXXVIII	/ann ·XII·
						Acencis	*A*egyptiorum acencis
	CVIII	XII	XII	V	VIIII	I	
CCCCLXX	CVIIII	XIII	XIII	VI	X	II	
	CX	*XIIII*	*XIIII*	*VII*	*XI*	*III*	*C*uretes et coribantes

gnoson condiderunt. qui modulatam et inter se concinentem in armis saltationem repperere· /micant.

	CXI	XV	XV	VIII	XII	IIII	*C*haldei contra phenices di
	CXII	XVI	XVI	VIIII	XIII	V	[M]usicus enetei et nimphe
	CXIII	XVII	XVII	X	XIIII	VI	filius agnoscitur.
	CXIIII	XVIII	XVIII	XI	XV	VII	*C*·CCC· annus repromissionis ·L· moysi·
	CXV	XVIIII	XVIIII	XII	XVI	VIII	[D]eucalion āp eos regna
	CXVI	XX	XX	XIII	XVII	VIIII	re orsus. qui circa parnasum
	CXVII	XXI	XXI	XIIII	XVIII	X	morabantur.
	CXVIII	XXII	XXII	XV	XVIIII	XI	*D*eorum iudicium neptuni
CCCCLXXX	CXVIIII	XXIII	XXIII	XVI	XX	XII	et minerue de contenti

one regionis āp cecrope fuisse confingitur *Achoris* *A*choris aegyptiorum /annis ·VII·

[Nota]. *Quas uncis inclusi, a rubricatore omissae sunt litterae. Quae litteris inclinatis excuduntur, minio sunt scripta.*

Versio Armenia. Aucherianae Editionis pag. 109.

	Anni Abrahae	Hebr. Moyses.	Assyr. Ascatades	Sicyon. Chereus	Argiv. Crotopas	Athen. Amphictus.	Aegypt. XVIII. Dyn. Armais qui et Danaus ann V.	
Is Erichthenius est filius	529	24	32	21	18	10	1	Epaphus (filius) Jo et
Vulcani quem Homerus Ere-						Erichteus		Jevis Memphim condidit:
ehtheum vocat. Dicitur autem,						ann ·L·		in secunda Aegypto regnavit.
qued Minervae filius fuerit.	530	25	33	22	19	1	2	
	531	26	34	23	20	2	3	
Castor, XL anne principa-	532	27	35	24	21	3	4	Arcas (filius) Callistae et
tus argiverum, Sthenele ex-					Sthenelus			Jevis Pelasgos ohtinuit et Ar-
pulse, Danaus, Argos, inquit,					ann ·XI			cadiam regionem nuncupavit.
tenuit: eiusque posteri us-	533	28	36	25	1	4	5	
que ad Euristheum (filium)							Aegy-	Aegyptus, quae prius
Stheneli filii Persei. Post							ptus	Aeria vecabatur, ab
quem Pelepidae regnum							ann	Aegypto rege nomen ha-
exceperunt.							LXVIII	buit.
	534	29	37	26	2	5	1	
	535	30	38	27	3	6	2	
	536	31	39	28	4	7	3	
	537	32	40	29	5	8	4	
			Amyntas					
			ann. XLV·					
	538	33	1	30	6	9	5	Dardanus eendidit Darda-
	539	34	2	31	7	10	6	niam.
	540	35	3	32	8	11	7	
	541	36	4	33	9	12	8	
	542	37	5	34	10	13	9	
	543	38	6	35	11	14	10	
					Danaus			
					ann. L·			
	544	39	7	36	1	15	11	
Moyses moritur.	545	40	8	37	2	16	12	
Post quem Hebraeorum dux		Josue						
efficitur Jesu annis XXVII.		ann. XXVII						
Hucusque quinque libri	546	1	9	38	3	17	13	
Meysis; quibus conti-								

Hieronymi antiquissimi codices, quorum ratio primum uidetur exponenda esse, in duos ordines distinguendi sunt. Ac prioris quidem ordinis unum tantum super est exemplum, Bongarsianum siue Berneuse cui quodam modo subiungenda sunt *Fux.* siue *Reg.* et recentioris familiae exempla nonnulla, uelut *c.*

Et illud quidem in septem prioribus foliis Hieronymi Eusebique praefationes continet ita dispositas ut desinant in septimi folii pagina recta, in uersa ipse liber initium capiat. Ubi animaduertendum est, Assyriorum Hebraeorum Sicyoniorum Aegyptiorum columnas in duabus paginis ita esse distributas, ut Assyr. et Hebr. habeantur in 7ᵇ, Sicyonior. et Aegyptior. in 8ᵃ. At iam in foliis sequentibus ab hoc proposito recedens librarius quattuor columnas in solam paginam 8ᵇ itemque in pag. 9ᵃ coartauit. In quo proposito stetit per totum codicem exarandum, nisi quod in solis paginis 9ᵇ et 10ᵃ binas tantum columnas scripsit[1]. Inde a pag. 10ᵇ hoc religiose obseruauit, ut quotcunque 'sibi inuicem fecerit scriptor esse contrarias', has omnes columnas in singulis paginis amplecteretur. Haec uero etiam in codicis archetypo similiter disposita fuisse inde conligere licet, quod ex tota scribendi ratione satis est manifestum, Bongarsiani libri librarium neque linguae latinae, neque rerum gestarum neque uerborum numerorumque ordinis gnarum, neque nouae dispositionis proprio Marte instituendae ullo modo conpotem fuisse. Haec sententia mirum quantum eo firmatur, quod statim exponamus. Nimirum paginae 42ᵃ scriptura iam prope absoluta, postea a librario pumice uel cultello ita deleta est, ut, cum nihil aliud superscripserit, nunc paginam prorsus uacuam uideamus. Attamen cum rogatu meo H. Usenerus amicus doctissimus et humanissimus, tunc temporis professor Bernensis, pristinae scripturae uestigia accuratius examinaret, hoc pro certo conperit, hac in pagina olim librarium ob aliquam caussam iterum ea scripsisse, quae iam antea in praecedente pagina exarasset. Certis enim e uestigiis conligi potuerunt eadem quae iam leguntur in pag. 41ᵃ Aegyptior. lin. 4 sqq. uerba:

XI ERRES
AETHIOPS
XII AN. XII.

Item in Atheniens. columnae linea undecima 'principes' nocabulum adhuc perspicuum remansit. — Ubi, quo magis adpareat, quanta licentia librarius iste in uerborum ac numerorum ordine repraesentando uersatus sit, non praeteream, XI et XII numeros in pag. 42ᵃ scriptos esse prope 'Erres' et 'An. XII.', in pag. 41ᵃ prope antecedens 'dynastiam' et 'aethyops' uoces, 'principes' uero uocabulum pag. 42ᵃ legi in linea undecima, pag. 41ᵃ autem in linea decima. — Iam ueri est simillimum, id quod Usenerus suspicatus est, librarium absoluta pagina 41ᵇ laborem reliquisse, ac post reditum solita oscitantia non animaduertisse, archetypi folii 41ⁱ non uersam sed rectam paginam euolutam esse.

Numerorum columnae et regum iudicum magistratuum imperatorum nomina numeris intertexta minio ac nigro ita discernuntur, ut prior (Assyrior.) columna minio, altera (Hebraeor.) nigro, tertia (Sicyonior.) minio, quarta (Aegyptior.) nigro designetur. Quam legem non usque seruatam esse uidemus, cum pag. 12ᵃ ubi primum Argiuorum columna intercalatur inter Sicyonior. et Aegyptior. canones, Argiuis nigrum, minium Aegyptiis tribuitur, in sequente uero pagina etiam Aegyptiorum columna nigra est. In qua ratione librarius perseuerauit, donec pag. 18ᵃ Atheniensium columnam, et illam quidem minio scriptam, inter Aegyptios et Argiuos insereret, quod continuatum uidemus usque ad captam Troiam. Ab hoc loco Argiuorum deficientium uicem suscipiunt Athenienses nigro scripti, quos inter et Aegyptios conlocantur Latini minio depicti. Inde a pag. 28ᵇ deficientibus Sicyoniis Athenienses denuo signantur minio, mox uero inde a pag. 29ᵇ, Lacedaemoniorum et Corinthiorum regna minio scripta intercedunt inter Athenienses et Aegyptios. Iudaeorum regno in duas partes distracto, in pag. 32ᵃ Israhel imperium minio notatum inter Iuda et Athen. interponitur, cum pag. 37ᵃ Macedonum regnum exortum inter Lacedaemonios et Corinthios nigro scriptum inuenitur, ubi praeterea in Assyriorum columnam succedit Medorum regnum. Iam uero ne longus sim in his rebus, eodem fere modo egit librarius prout numerorum aliqua series uel deficit uel accedit, ut atro minioque singulas columnas distincte seiungere studeret. Et inde a pag. 46ᵇ (Olymp. LXV) quotcunque sunt regnorum series, bis scriptae reperiuntur in singulis paginis.

Similes rationes seruatas esse uidemus in reliquis antiquissimis codicibus, nimirum in *APSFR,* hoc

[1] Scilicet in 9ᵇ Assyrior. et Hebraeor., in 10ᵃ Sicyonior. et Aegyptior. canones, proinde atque habentur in *APF.*

tantum discrimine intercedente, quod hi alterius ordinis uetustissimi libri omniuo omnes canones bifariam in binis paginis dispositos referunt, quare id quod in *B* habetur in una pagina siue auersa siue recta, in reliquis illis codicibus distributum est in duorum foliorum paginis, alterius uersa, alterius recta. Vnde factum est ut ubi *B* (nimirum inde ab Ol. LXV) bis uniuersum canonum seriem exhibeat in una pagina, reliqui codices *APSFR* canones semel tantum et in unam quidem paginam coartatos referant.

Itaque hoc antiquissimi et optimi codices ante omnia habent commune, quod singulos numerorum siue regnorum canones nigro et minio discernunt. — Nam, id quod in transcursu moneam, nil moror *F* codicis uarietatem illam colorum[1], quam singulari elegantiae et luxuriae studio tribuendam et a Bonifacio illo de quo in extrema libelli parte disseram, profectam esse ueri est simillimum. — Quam describendi rationem ab ipso Hieronymo profectam esse, his ipsius quae in praefatione leguntur uerbis confirmatur: 'Unde praemonendum puto, ut prout quaeque scripta sunt, etiam colorum diuersitate seruentur, ne quis inrationabili aestimet uoluptate oculis tantum rem esse quaesitam et dum scribendi taedium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut regnorum tramites qui per uicinitatem nimiam paene mixti erant, distinctione minii separarentur, et eundem coloris locum quem prior membrana signauerat, etiam posterior scriptura seruaret'.

Ista quidem uerba: 'Ut regnorum tramites, qui per uicinitatem paene mixti erant, distinctione minii separarentur' ad indagandam rationem nos transferunt, qua rerum gestarum narratio cum numeris coniuncta fuerit, quam quaestionem ualde impeditam ne praetermittamus, postulari uidetur ab Hieronymiani operis proprietate.

Etenim ex illis uerbis recte conligi uideri possit, per totum opus chronologicum numerorum canones, narratione nusquam interposita, scriptas esse ab Hieronymo (uel potius ab eius notario)[2], rerum uero gestarum historiam in margine prope extremam numerorum columnam, siue, ut in Armeniaca Eusebi uersione, in utroque margine prope primum et extremum numerorum canonem esse exaratam, atque illam quidem historiae columnam in exteriore margine conlocatam Scaliger spatii historici nomine nuncupauit.

Nec destituta est eiusmodi dispositio codicum auctoritate; scilicet reperitur ex iis quos ipse inspexi, in *c* et *d* codicibus, idemque diserte testatur Pontacus de O. Vi. tribus Vaticanis libris. At in re tam impedita ne fastidiosa expositione lectoribus legendi taedium moueam, reuoco eos ad *c* codicis imaginem quam describendam curaui pag. XXV similemque Scaligeri editione repraesentari moneo.

Praeter ea quae ex hac descriptione per se patent, ante omnia notandum est, eum minii et atri colorum usum quem Hieronymus ipse in praefationis loco supra a me adlato descripsisset, in his codicibus minime esse seruatum, immo numerorum canones omnino nigro esse scriptas, nisi quod singuli quidam numeri minio sunt depicti. Hoc uero propterea factum esse perspicuum est, ut decadum numeri insignirentur. Quod consilium etiam uetustiores codices sequuntur, ubi decadum numeri subscripta lineola nigra uel rubra insignes fiunt. Verum ea colorum diuersitas, quam Hieronymi uerba significant, demum inde a pag. 7ᵃ neglegitur a *c* codicis librario, qui ab initio canonum usque ad pag. 6ᵇ hanc secutus est legem, ut primi canonis (Hebraeor.) numeros atro, alterius (Assyrior.) minio, tertii (Sicyonior.) rursus atro, quarti (Aegyptior.) minio depingeret. A quo instituto fortasse operosi laboris taedio uictus destitit, parum obsecutus Hieronymi admonitioni in praefatione diserte expressae.

Quod igitur hac in re manifestum est, uetustiores *ABPSF* libros scriptoris institutum melius et integrius seruasse quam recentiores, id etiam in eo probatur quod illi primum canonem Assyriis, hi Hebraeis adsignant. Facile quis mihi obiciat Eusebi ipsius praefationis uerba haec: 'Igitur consequenter uno eodemque tempore in libelli fronte ponemus Abraham Ninum Semiramin Europem Aegyptiorum Thebaeos'. Quamuis enim, hanc horum regnorum dispositionem non uerbotinus ex ipsis chronicis canonibus descriptam esse iam inde adpareat, quod Semiramis, cuius mentio fit in Chronicis post decimum demum (siue quinquagesimum secundum Nini) annum, quo mariti defuncti regnum suscepit, hoc in praefationis loco coniunctim ponitur cum Nino, tamen Eusebium conlocasse primo loco Abrahamum uel propterea ueri est simillimum, quia in Armeniaca uersione eundem ordinem seruatum uidemus.

[1] cf. pag. XXII et XXIII not.

[2] Nempe Hieronymum Chronicos canones non ipsum scripsisse, sed dictasse, conligitur ex praefationis uerbis his: 'praesertim cum et notario ut scitis uelocissime dictauerim.', quibuscum conferas Epist. LVII ad Pammachium (Opp. I, pag. 306) et Wuttke Aethici Cosmographia pag. CXVI sq.

At uero seruatum esse etiam ab Hieronymo codices recentiores non mihi persuaserunt. Scilicet in omnium siue uetustiorum siue recentiorum codicum fronte haec leguntur: 'Primus omnis Asiae exceptis Indis regnauit Ninus Beli filius annis LII. Huius XLIII imperii anno natus est Abraham. — In huius imperio aput Hebraeos nascitur Abraham qui cum C esset annorum genuit Isaac. — In Graecia uero. II. Sicyoniis imperabat Europs ann. XLV. cuius regni. XXII. anno natus est Abraham. — Porro aput Aegyptios. XV. potestas erat quam uocant dynastiam. quo tempore regnabant Thebaei annis. CXC.' — Quae omnia licet aliquantulum mutata — habentur enim in recentioribus codicibus scripta tanquam inscriptionis loco, in uetustioribus uero libris quadripartita et singulis columnis numerorum uuteposita — tamen eodem uerborum et enuntiatorum ordine cum non minus in recentioribus libris inueniantur quam in *ABPF*, non dubito eam quae inde efficitur regnorum dispositionem genuinum Hieronymi iudicare, neque uideo, cur recedamus ab antiquissimorum illorum codicum auctoritate[1].

Quae si recte hucusque a nobis sunt disputata, postulare uidentur ut antiquiorum librorum fidem in depingendis ac disponendis numerorum columnis seruandum esse statuamus. Quidni etiam in historiae conlocatione, quam in diuersis codicum ordinibus diuerso modo factam esse diximus?

Iamque hoc tenendum est, eam historiae conlocationem quam Scaligeri editio exhibet, ex Pontaci et Scaligeri sententia profectam esse ab Hieronymo. Et Pontaci quidem uerba quae hac de re protulit haec sunt[2]:

'Iam uero quoniam multi aegre ferunt, antiquam formam huius Chronici fuisse immutatam a Librariis, et hoc negari non potest, sciendum est illam non aliam fuisse quam eam quae a S. Hieronymo in praefatione praescribitur, quaeque in codicibus Victorino Oisellino, et tribus Vaticanis quodammodo obseruata cernitur. In illis enim ab Abraham usque ad Olymp. 67 (nam deinceps conueniunt cum aliis libris ut tota historia sese consequatur in eadem columna, cuius titulus *Consulum* aut *Imperatorum*, nec sit cunonibus seu numeris intermixta) singulae columellae, sicut Assyrior. siue Sicyonior. siue Hebraeor. siue aliorum, nil continent praeter notulas numerales, quibus comparantur et deducuntur per seriem successionis anni Regum seu Patriarcharum qui σύγχρονοι seu contemporanei fuerunt, sine alia scriptura, quam solius nominis Regis aut Patriarchae a quo numeri illi initium sumunt: tota uero historia in unum columnam ita confertur, ut quaeque siue quilibet paragraphus aut uersiculus sit oppositus e regione illius laterculi qui continet illum annum, cui debetur ipse uersiculus: et quia nonnunquam accidit, ut cum sunt plures uersiculi ad unum et eundem laterculum pertinentes, ipsi collocentur non solum ad latus illius laterculi, cum ibi non sit satis spatii, sed etiam intra illum laterculum et insequentem, dum diuelluntur ab inuicem, quo locus detur uersiculo, Hieronymus dicit in praefatio. *Virgulas rebus pariter ac numeris esse intertextas*, non quod ipsi laterculi contineant in se seu intra se utrumque (habent enim intra se solos numeros), sed quod inter se habeant, ut uerbi gratia inter laterculum qui continet an. 75 Abrahae, 27. Zameis, 3. Thelasion et 75. Aegyptior., et proximum qui continet an. 76. Abrahae, 28. Zameis, 4. Thelasion et 76. Aegyptior. in *Vi.* et *O* (sicut etiam uides in impressis) habentur omnia haec: *Abraham cum septuaginta* etc. usque ad *patres eorum anni 430.* Vbi autem contingit, ut plurimi uersiculi includantur inter duos laterculos, tunc columellae insequentes, in quacunque parte paginae occurrat illa inclusio, habent eundem titulum *Assyriorum* et *Hebraeorum*, etc. qui erat initio paginae. Et notandum quod Hierony. in praefatione uocat *priorem membranam* et *posteriorem membranam* idem quod nos priorem *paginam* et posteriorem *paginam*, uel etiam *folium rectum* et *folium uersum*.' cett. cett.

Quibuscum tantum non conspirant Scaligeri quae sunt in animaduerss. pag. 5 sqq. uerba haec:

'Ad alteram [*nim.* Eusebiani libri partem] propero, quam et Chronicon et Canonem uocatam proxime indicauimus. Rursus memineris, quemadmodum altera pars τὸ καθ' ὁμάδα id est collatio temporum dicta fuit, ita hanc dici τὸ κατὰ πλάτος, extensionem, quod in eo libro anni regnorum expansi inter se compositi comparantur, filo a natalibus Abrahami Patriarchae deducto, qui est titulus et epocha Chronici Eusebiani. Primo loco series est annorum a nato Abrahamo per denarios collectorum. Sequentes series sunt eorum regnorum aut nationum, quorum titulus in fronte Chronici praenotatus est, ut Hebr. Sicyon. Argiu. Atheniens. Aegypt. Vltima series laxior et spatiosior continet indiculos gestorum et pericopas siue periochas historicas,

[1] Subcurrit huic sententiae regnorum dispositio in temporum conlectione pag. XXXVIII a nobis descripta, quae Assyrior. Hebraeor. Sicyonior. Aegyptior. regna deinceps enumerat.

[2] Pontac. Apparatus pag. 18, uel, quia paginarum numeri typothetae errore confusi sunt, folii *ggg* 2 pag. uersa.

quo nomine nos illud spatium uocamus χωρίον ἱστορικόν. Hieronymo dicitur nunc *explanatio* nunc *enodatio historiae*, proculdubio quia in Graeco ἔκθεσις ἱστορική dicta fuit. Nam et ita quoque Graeci χρονολόγοι. Hic est in genere contextus et census paginae Chronici Eusebiani triplici serierum differentia distinctae, annorum Abrahami, regnorum, et spatii historici. — Haec necessaria ἐν προθεωρίας λόγῳ nobis praemittenda fuerunt, quod sine illis neque quis ordo Chronici Eusebiani fuerit, neque quid nos sequuti simus, intelligi potest. Nullum gestum in spatio historico extat, quod ad alicuius regni nationis aut Reip. tempora referendum non sit, tametsi saepenumero illud gestum ad eam nationem aut regnum [non] pertineat. — Ideo Africanus et Eusebius duorum sese obligarunt, prioris, quod omnino, quia ex instituto est, effugere non poterant, gestum ad Abrahami annum aliquem referre; alterius, quod nemo ab illis exigeret, quod non adeo necessaria res sit, ad illum regnum aut illam nationem referre, sub qua id gestum esse ii scriptores retulerunt, unde illa accepta sunt. Prius operosum non est. E regione enim anni Abrahami notatum non potest ignorari quo referendum sit. Sub quo autem regno aut natione illud contigisse scriptores notauerint, id uero designare non ita expeditum fuit. Nam in spatio historico titulum nationis adponere, qui in fronte paginae notatus fuerit, ut fecit Marianus [Scotus, qui totum chronicon Eusebii in suum transfudit], superuacaneam est. Marianus enim quia in fronte nullos titulos designauit, in spatio ponere necessario tenetur. Contra Eusebio nulla incumbit necessitas titulum in spatio historico iterare, qui in fronte paginae antea positus est. Imo iteratio ridicula esset[1]. Huic difficultati ita consultum est, si singulae series aut fila annorum diuersis coloribus inficerentur, atro rubro uiridi caeruleo. Itaque in spatio historico prima periochae litera minio, aut alio colore picta, indicat illud gestum ad eam seriem pertinere, quae eodem colore signata est. Inde est, quod adhuc quidam codices Chronici huius filu annorum diuersis coloribus distincta habent[2]. — Sed quae est librariorum imperitia, quidam colores retinent, spatium omiserunt, et gestum historicum sub eius nationis titulo ponunt, ad quam illud pertinere color archetypi indicabat[3]. Alii contra, colorum neglecto discrimine spatium retinuerunt, meliore, ni fallor, consilio, quam superiores. Parum enim nostra interest, ad quam nationem auctores gestum aliquod retulerint, quum numerus Abrahami, regula et index omnium annorum, id aperte demonstret. — Sed posteriores librarii hac obscura diligentia damnata [*nim.* uariorum colorum in usum impendendu], unum quodque gestum eo coniecerunt, quo similitudo coloris indicabat: puta [e. g.] Herculem Desanaum sub undecimo anno regni Marathi, non autem in spatio historico quod non posuerunt. Alii contra spatio retento omne gestum in illud contulerunt, nulla ratione regni aut nationis habita ad quam id gestum auctores unde accepit Eusebius retulerunt.'

'Hinc nati sunt codices duplicis exempli. Prioris generis qui spatium retinuerunt, plurima extant exempluria, cuiusmodi codicum habuimus scripta aut cum scriptis colluta, tam inter se similia, ut uno dictante, a pluribus eodem tempore excepta esse uideantur: in quibus a consulatu Ausonii et Olybrii pro Chronico Consulari Prosperi subiectum est aliud eiusdem scriptoris Chronicon sine consulibus, et per omnia alteri dissimillimum, quod excipit Chronicon Sigeberti monachi Gemblacensis, ut hinc constare possit huius exempli Codices non admodum multae uetustatis esse. — Alterius generis exempluria sunt melioris notae, cuiusmodi tres uidimus', [nimirum *BPF* codices]. 'Horum trium eximiorum codicum non tanta est inter se similitudo, quam aliorum prioris exempli: sed tamen rara inter eos in situ annorum discrepantia est: in uerbis quaedam. Neque cuius maior apud me auctoritas sit, quum omnino maxima sit, temere dixerim, utpote quum interdum in omnibus recta lectio sit, quae in reliquis deprauata est. — Monendus est igitur candidus lector, qui passim in notis nostris *Priorum* et *Posteriorum codicum* mentionem fieri uidebit, per priores intelligi eos, qui spatium historicum habent, in calce autem post mortem Valentis, ubi desinit Hieronymus, Chronicon Prosperi, quod sine consulibus digestum est, cuius exempli codices decem nos habuisse diximus.' 'Per posteriores libros intelligimus Bongarsian. (*B*), Freherian. (*F*) et Petauian. (*P*) in quorum anno [*typothetae errorem corrigas in* 'altero'] Chronicon Prosperi Consulare in fine adiectum est.' cett. cett.

---

[1] Praetermisisse uidetur uir egregius, talem iterationem saepenumero haberi in libris qui spatium retinuerunt historicum. cf. infra pag. XXXV sq.

[2] Scaligeri sententiam hoc inpugnat, quod *F* codex qui solus his quattuor coloribus fila regnorum distinxit, spatium historicum non refert, cum quicunque libri hoc spatium exhibent, fila regnorum ratione supra exposita non distinguant.

[3] Id quod non imperitiae documentum esse dixerim, cum archetypum qualiscunque est depingere multo facilius esse manifestum sit.

Quae omnia si adcuratius examinemus, nel id aliquam dubitationem monet, quod uidemus philologum praestantissimum de codicibus sic statuere, ut in recentioribus libris pristinam et genuinam formam, in uetustioribus uero mutatam, immo prorsus euersum dispositionem reperiri iudicet, quam ob rem recentiores codices *PR* (priorum), uetustiores codices *POST* (posteriorum librorum) litteris insignire cunctus est. Quamquam enim non negamus, fieri posse, ut in uno codice (nam Scaliger ipse codices spatium historicum referentes tam arte inter se cognatos esse pronuncianit, ut ex uno eodemque exemplo deducti esse uiderentur, cf. supra pag. XXX), cuius recentiora tantum exempla uetatem tulerunt, ut in tali dico codice uera ac genuina antiqui libri forma repraesentetur, cum uetustiora exemplaria ex alio librorum ordine descripta auctoris opus minus integre referant: tamen in Hieronymi Chronicon libro factum id esse concedere nequeo.

Id enim, quod de recentioribus libris constat, eos ex uno eodemque fonte manasse, non item constat de uetustioribus libris, quorum tres quasi familiae repraesentantur in *APS*. *B*, *F*. Quorum *F* deductum esse ex exemplo circa annum 500 scripto demonstrat epistula illa cuius mentionem feci pag. XI. — Hinc statuamus necesse est, mutatam esse pristinam Hieronymi Chronici formam ante quingentesimum p. C. n. annum, certe quidem non post Bonifacium illum cui debetur *F* codicis archetypus circa haec tempora descriptus. At uero reliqui uetustiores libri *ABPS* cum aperte, et potissimum quidem in historiae dispositione inter se sint cognati, tamen tanto minimo opere inter se et cum codice *F* conspirant, ut deductos eos esse omnes ex eodem archetypo nobis persuademus. Quod si conferimus cum magna adfinitate qua spatii historici codices inter se sunt coniuncti, ueri multo similius cogitatur de archetypo aliquo non admodum uetusto, in quo pristinus historiae ordo quem uetustiores libri suo quisque modo repraesentant, mutatus sit et ita conuersus, ut nunc habetur in recentioribus libris.

Non ita uetustum dixi hunc archetypum codicem propterea quod, quantum dignoscere licet, recentiorum illorum codicum plerique e libro descripti esse uidentur, qui saeculi undecimi uel ineuntis duodecimi litteris erat exaratus. Deinde haec sententia inde admodum fit probabilis, quod huius archetypi recentiora tantum extant exempla. Accedit denique id, quod Prosperi illud Chronicon, non quidem Consulare, quod antiquioris esse aetatis inter omnes constat et quod *F* codici subiunctum est, sed Pithoeanum, idque saepe coniunctum cum saeculi duodecimi ineuntis Chronicon libro Sigeberti Gemblacensis, reperitur nunquam in uetustioribus libris, sed tantum non in omnibus recentioribus libris, quod constat de omnibus recc. codd. quibus Scaliger usus est, ac de plerisque Pontaci libris. Et ne hanc quidem ad sententiam confugere licet, deductos esse recentiores codices ex archetypo, uetustiores quotquot sunt libros uetustate superante, in quo spatium historicum fuerit seruatum; adparet enim ex accurata inuestigatione, descriptos esse recentiores codices, sine, quod rectius est, eorum archetypum e libro qui cum Bongarsiano aut idem esset aut simillimus, quod multis ex locis probari potest.

Iam si his omnibus recentiorum librorum auctoritatem non mediocriter imminui uidemus, quaerere non abs re est, qui sit factum ut et Pontacus et Scaliger, quorum utrique antiquissimorum codicum, ueluti *B* et *P* usus patuit, spretis his uetustissimis libris, exemplorum recentiorum conlocandi rationem tanquam genuinam retinerent.

Fefellisse uidetur utrumque Hieronymianae praefationis locus de quo nunc paucis absoluam. Etenim Hieronymus postquam Chronicorum libri conponendi et interpretandi quanta fuisset difficultas exposuit, sic pergit: 'Et ad communem difficultatem quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inextricabiles, uirgulas rebus pariter ac numeris intertextas, ut paene difficilius sit legendi ordinem discere quam ad lectionis notitiam peruenire.' Post quae uerba in Pontaci Scaligeri Vallarsi Roncalli editionibus habentur haec: 'Ut autem manifesto cognoscatur indicio, ad quem numerum historia quaeque pertineat, has distinctiones positas lector aduertat, ut si ad primum numerum regni primitus adnotati historia referenda est, primam litteram in explanatione historiae contempletur. Et siquidem eam ex minio uiderit, illi tempori applicandam uel anno sciat quem suggesserit numerus similiter eodem minio figuratus. Si uero numerum non puro minio sed mixto nigro notatum esse peruiderit, secundae lineae numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est quod fuerit descriptum, medium puro minio numerum et partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio sed indicio erit quod sibi historia debeatur cum minio facta littera in principio enodationis historiae quae etiam superioribus signis subdenda est. Nihilo-

minus apparebit, nullo superius memoratorum signorum in numeris respondente. Sin uero non minio sed mixtim nigro rubroque littera fuerit expressa, refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit aduerti. Et ita sexta linea numeri ut secunda, septima ut tertia designabitur, octaua quoque ut quarta apparenti littera bicolori. Cum uero nec in numeris nec in explanatione historiae ullum illorum quae praediximus signorum fuerit, nona linea quod adnotatum fuerit, uendicabit. Non tamen omnia huiusmodi requirenda sunt necessario, cum minor est numerus linearum.'

Ad quae uerba Scaliger (animaduerss. pag. 7) haec notat: 'In *PR.* haec ita bene continuantur. At in *POST.* XVIII lineae absunt hinc usque ad illa: *unde praemonendum puto* cett. quod miramur. Nam sine his quid uelit Hieronymus nemo assequi poterit. Proponit enim primo dispositionem paginae Chronici, deinde usum.' Ac Pontacus quidem pag. 2t5 haec habet: 'Hae octodecim lineae desiderantur in codicibus Peta (*P*), *Fux*, *L*, *A* (*B*), *Al*, *Lo*, *Pi*, sunt in aliis et in uno trium Mss. Fab.' [Iam subiungam, esse haec uerba in Leid. *c* et *d*, Salmasi Palatinis quattuor, Vallarsi Parmensi, Rauennate Roncalli, deesse in meis *ABPF*]. 'Sed non dubito esse Hieronymi: omissa autem crediderim exscriptorum industria qui cum rationem illam hic praescriptam non obseruarent, ne suam negligentiam aut inscitiam proderent, satius illis uisum est delere omnino quam non praestare.'

Ac primum quidem Pontaci sententiam si examinemus, non satis considerate ille quid interesset inter spatii historici et uetustiorem codicum dispositionem expendisse uidetur. Fac enim hanc fuisse pristinam et numerorum et uerborum conlocationem quam cum Scaligero spatii historici nomine nuncupamus, certe non admodum difficile fuisse existimo, numerorum canones nigro, minio (quod quidem uetustiorum codicum ordo nunquam fere non seruauit) ac postremo minio mixto cum nigro depingere, deinde, id quod plerumque rubricatoris uel inluminatoris auxilio factum esse notum est, historicarum uirgularum primas quasque litteras uno ex his tribus coloribus inlustrandas curare. Et eum quidem librarium qui, quod re uera factum esse plerique codices recentiores testantur, siue consulto siue, quanti sint momenti ignorans, has colorum diuersitates praetermisit, iure arguemus neglegentiae et inscitiae, ut placuit Pontaco, non aeque eum, quem ille ex recentiorum librorum spatio historico uetustiorum codicum dispositionem quasi extorsisse et extricasse suspicatus est. Etenim mirum quantum taedii in se habere debuit id quod, si Pontaci sententiae patrocinemur, factum esse statuamus oportet, scilicet ut librarius ille qui uetustiorum librorum archetypum describeret uel potius conponeret, omnes res quascunque in spatio historico conlectas congregatasque repperisset, ut has inter singulas numerorum columnas ita distribueret, ut unumquumque rem gestam rectae ac iustae numerorum columnae, aptoque columnae numero adponeret. Neque praetermittendum est, temporum notationes quas uetustiores codices referunt, plerumque tam bene conspirare cum Armeniaca uersione et cum ceterorum qui nobis suppetunt fontium memoria, ut et horum librorum archetypo et librario illi per quem conpositus esse statuitur a Pontaco, praestantiae laudem uindicare coacti simus, quam in opere tam difficili et in scriptura tam inpedita non possumus non mirari et quam, cum praesertim solitae librariorum meminimus inscitiae et neglegentiae, prope inauditam esse uidemus.

Quae omnia Pontaci Scaligerique sententiam eo efficacius inpugnare uidentur, quod ne uerba quidem praefationis Hieronymianae, quibus uterque uir doctissimus nititur, ab omni suspitione sunt libera. Atque ut palam quid sentiam profitear, pro genuinis ea habere nequeo. Nil enim moror sermonis proprietatem quae Hieronymi stilum non usque sapit, non magis curo quod singulorum codicum uariae lectiones omnes ex undecimi uel duodecimi saeculi scripturae peculiari genere natae uidentur, neque hoc denique urgeo — est tamen grauissimum — quod recentiores tantum libri haec uerba referunt, sed hanc ob caussam ea insiticia esse iudico, quia manifesto pugnant cum Hieronymianae praefationis uerbis sequentibus in quibus conuenit inter uetustiores libros ac recentiores.

Is enim qui uerba conposuit, inseruit ea praefationis loco satis idoneo, nec tamen ita conparato, ut interpolata ea esse adcuratius examinantem fugeret. Nam ea si perlegeris, colorum diuersitates eo consilio inductas esse uidebis, ut quae uirgula historica numerorum canoni cuine canonis illius numero tribuenda esset, adpareret. Hac in sola re tota expositio uertitur. Quibuscum conferas quaeso ea quae paulo post omnium codicum consensu pronunciauit Hieronymus de hac eadem colorum diuersitate. 'Id enim', ait, 'elucubratum est, ut regnorum tramites qui per uicinitatem nimiam paene mixti erunt, distinctione minii separarentur.' Iam uides discrepantium utriusque sententiae. Hieronymus enim colorum diuersitates numerorum tantum

discernendorum caussa excogitatas esse significat, interpolator propter rationes inter uirgulas historicas et numeros intercedentes.

Ideo ad iudicium faciendum ut totius quaestionis quasi summum proponam, singulas partes breuiter enarratas repeto.

Rerum ac numerorum dispositio ex Pontaci et Scaligeri sententia ea fuit, quam spatiu historico seruato recentioris uetatis libri exhibent. Quam dispositionem uterque adfirmat genuinam esse Hieronymi, ita uero iam a librariis immutatam, ut neglegentiae et inscitiae caussa res prius in unam columnam coartatas inter singulas numerorum columnas distribuerent, quae est antiquissimorum librorum ratio. Atqui facile est iudicatu, utrum sit facilius, spatium historicum describere ex antiquissimorum codicum dispositione, an ex spatio historico singulas uirgulas historicas iustis plerumque ac debitis temporibus adscribere. Tantum enim abest, ut hoc sit neglegentis ac imperiti librarii, ut multo facilius fuerit pristinum ordinem retinere, quam illam operam, neglegentiae, si quae fuit, librarii minime arridentem, immo laboris et difficultatum plenam suscipere, susceptam absoluere tam prospero successu et tanta quasi pietate et doctrina quantam in horum temporum librario aut, si malis, grammatico ut ceteroquin inauditam ac prorsus singularem non poteris non mirari. Itaque cum praeterea praefationis illa uerba quibus Pontaci Scaligerique sententia nititur, insiticia esse perspexerimus, non temerarie agere uidebimur, si ex his difficultatibus ita nos expediamus, ut genuinum ordinem a uetustissimorum codicum auctoritate petamus. Quorum dispositio (de qua infra commentabor), cum librariorum neglegentia et oscitantia, qualis luculentissime adparet in Bongarsiano, in dies magis deturbata esset et corrupta, olim extitit qui spatii historici commentum excogitaret et in Hieronymi opus eo consilio introduceret, ut aut incommoda illa tolleret aut scribendi commoditati indulgeret. Factam esse hanc Hieronymi Chronici mutationem ab aliquo chronicorum continuatore (num ab eo qui Prosperi sub nomine Chronicon quod Pithoeanum uocant composuerit?), satis probabili coniectura efficitur. Tamen, quis fuerit, indagare eius tantum est, qui quoscunque adhuc bibliothecae seruant, recentioris formae codices conquisiuerit, in quo numero inferioris familiae codicem archetypum inuentum iri sperare licet. — Cuius interpolatoris praeter mutatam dispositionem in codicibus recentioribus extant conplura alia uestigia, ueluti in Leid. *c.* fol. 28ᵇ med.: 'Hinc decedentibus et succedentibus regnis nonus ordo consurgit' habentur uerba, quae aeque leguntur in *Pi. Vi. O.* (cf. Pontac. pag. 345 C) nisi quod hi pro '*ordo*' referunt '*orbis*' uocem, et Leid. *c.* fol. 35ᵃ med.: 'Hec per tempora in ordinem n̄ p annum di(sic)rigerunt,' quae duae uirgulae desunt in uetustioribus exemplis omnibus. — Fortasse etiam idem notularum illarum et additamentorum satis magnum numerum intrusit, quibus Hieronymi opus adhuc deformatum esse uidemus ac deturpatum in recentioribus codicibus.

Quae si recte hucusque disputauimus, hoc sumus adsecuti, ut in hac quoque quaestione **uetustissimorum librorum auctoritas tuenda sit**, quam sequi debemus **in colorum distinctione, columnarum ordine, numerorum et rerum gestarum enarrationis dispositione.** Hoc si exploratum est et compertum de priore Chronici parte usque ad Ol. LXV^{am} pertinente, eo magis ualebit ad reliquum opus ubi cum de historiae numeraliumque columnarum dispositione recentiores libri omnino conueniant cum uetustioribus neque dubitationi locus est neque optioni. **Per totum igitur opus recensendum in dispositione adornanda fundamento utemur uetustioribus *ABPSF* libris.**

Iam his praemissis primum subiungamus pauca quae necessaria duximus ad explicandam et enarrandam prioris partis dispositionem qualis ex antiquis libris efficiatur, tum breuiter exponamus de alterius Chronici partis ab Ol. LXV^{am} initium capientis forma externa ac de ratione, qua hac in parte librorum memoria uti debeamus.

Constat omnis Chronicorum Hieronymianus liber ex partibus sex, quarum prima pertinet ad Troiam captam, altera ad primam Olympiadem, tertia ad Persarum regis Darii annum secundum siue Olympiadem XLV^{am} siue instaurationem templi Hierosolymitani, quarta producitur usque ad Iesu Christi mortem, quinta excurrit ad finem Eusebiani operis, sexta denique Hieronymi continet supplementum. Harum particularum si ternas conligimus, totum opus in duas partes diuidimus, quarum de priore huc usque disseruimus. Et hanc quidem distinctionem non modo per temporum historiarumque notiones factam uidemus, qua de re exposuit Eusebius in praefatione, sed etiam per diuersam historicae ut ita dicam enarrationis rationem. Etenim harum particularum prima altera tertia, siue totius operis pars prior ita est conparata, ut rerum gestarum narratio

in singulas uirgulas distincta inter binorum numeralium canonum sit intertexta spatium. Et in hac historiae conlocandae ratione cum inter se conueniant *ABPSF*, cumque nonnulla ex his spatiis multo maiorum talium uirgularum historicarum numerum continere soleant, qualibet in pagina ut est in Bongarsiano, siue binis in paginis uersa et recta inter se conexis, ut est in *APSF*, nascitur quodam modo spatium historicum, sed idem, id quod magni est momenti, non ut in recentioribus libris, simplex et in extremo paginae margine, sed bipartitum et inter numerales canones positum. Hac igitur in re cum codices illi consentiant, differunt in eo, quod cuiusuis paginae spatia historica diuersos inter numerorum canones conlocent. Veluti in Bongarsiano duo uirgularum historicarum ordines reperiuntur, alter inter Hebraeor. et Sicyonior., alter inter Sicyonior., (uel postea, accedentibus nouis regnis, inter Atheniensium, uel omnino inter penultimum) et Aegyptiorum tramitem dispositi. In Amandino uero, quocum faciunt *P(S)F* posterius quidem spatium aeque ponitur proxime ante Aegyptior. regnum, sed prius non inter Hebraeor. et Sicyonior., uerum inter Assyrior. et Hebraeor. columnas inducitur. Nec debet nos offendere haec discrepantia librorum ceteroquin simillimorum. Nempe in mentem nobis reuocemus, Bongarsianum in eo distare a reliquis probae notae libris, quod qui ad idem tempus pertineant canones non binis sed singulis paginis conplectatur. Reliqui uero et eidem exploratae praestantiae codices, qui numerorum columnas ad eadem tempora spectantes in binis paginis exhibere solent ideoque alterius folii auersam, alterius rectam paginam semper in unam contrahunt, nihil aliud egerunt, quam ut scribendi commoditati prospicerent, cum prius quodque spatium historicum non sequens facerent sed antecedens Hebraeorum columnam. Etenim quoniam a Chronicorum initio in *AP(S)F* binae numerorum (Assyriorum et Hebraeorum) columnae habeantur in pagina auersa, binae (Sicyonior. et Aegyptior.) in pagina recta, librarii, ne ultra prioris paginae fines in historia scribenda diuagarent, Hebraeorum columna intimo paginae margini quam proxime adscripta ipsi sibi quasi fines designauerunt, prioremque historicarum uirgularum ordinem non post Hebraeorum, ut factum est in *B*, sed post Assyriorum tramitem conlocauerunt. Et hanc quidem solam esse caussam illius codicum discrepantiae eo fit manifestum, quod inde ab his temporibus quibus, nouis accedentibus regnorum tramitibus, singulae paginae uersae non binas sed ternas habent columnas, ordinem historicum aeque atque in *B* conlocatum uidemus inter Hebraeor. et Sicyonior., uel potius inter prioris paginae ultimam et penultimam numerorum columnam.

Hinc adparet, non temere quidem Hieronymum in praefationis uerbis supra a me laudatis locutum esse de 'regnorum tramitibus per uicinitatem nimiam paene mixtis ac distinctione minii separandis.' Velut in Bongarsiano libro, nisi minii et atri coloribus distinguerentur, paene mixtos ac prope confusos uideremus passim siue Assyriorum et Hebraeorum, siue postea Sicyoniorum Argiuorum Atheniensium numerorum tramites.

Iam si quaerimus, utrum in binis an in singulis paginis Hieronymus opus suum descripserit, ut scribendi rationi a Bongarsiano obseruatae patrocinemur, postulare uidentur uerba illa Hieronymi quae modo citauimus. Vix enim unquam in *APSF* numerorum columnae tam prope inter se absunt, ut 'paene misceantur,' quippe quibus in binis paginis satis amplum concessum sit spatium, in quo alia prope aliam et eaedem satis distinctae discribantur. Contra in singulas paginas si Hieronymus canones congruentes coartauit, non dubitamus, quin aeque atque in Bongarsiano propter membranarum angustiam tam prope inter se exarati sint numerorum canones, ut sane esset periculum ne confunderentur, id quod intellexisse Hieronymum aperte demonstrant ipsius illa uerba.

Et super est aliud quod huic sententiae succurrit. Non reuocemus ad communem Hieronymiani aeui librariorum usum qualem ex antiquissimis codicibus confingere licet, quando quidem in opere admodum singulari etiam singularis membranarum plicandarum et utendarum ratio locum habere potuit; neque magis hoc curemus, quod cum scriptor ipse in praefatione[1] librum suum notario uelocissime se dictasse profiteatur, scribendi difficultas, quam omnino haud exiguam fuisse iudices, non mediocriter futurum fuisset ut augeretur, si numerorum uerborum linearum spatiorum responsio in binis paginis custodienda fuisset. Sed optima Bongarsianae dispositionis testis est Armeniaca interpretatio, quae, deducta ex ipso Eusebio, regnorum columnas in singulis paginis scriptas refert, neque unquam ab hoc proposito aberrat. Quam dispositionis rationem ut

[1] cf. pag. XXVIII. Not. 2.

accuratius examinent, lectores beniuolos relego ad exemplum a me in pag. XXVI repraesentatum et ad Zohrabi[1] siue Aucheri[2] editiones.

Iam ex Armeuiacae interpretationis forma externa perspicuum fit, Armenios, ac fortasse etiam Eusebium singulis in paginis descripsisse canones congruentes, deinde uero etiam historiae enarrationem, siue uirgulas historicas exarasse in cuiusuis paginae margine interiore et exteriore. Quae si conferimus cum uetustioribus Hieronymi codicibus, aliquam similitudinem non possumus non animaduertere. Nempe et in illis et in Armeniaca uersione cuiuis paginae bina quodammodo spatia historica inesse uidemus, hoc tantum discrimine intercedente, quod in hac sint conlocata extra numerorum columnas, cum in Hieronymi libris intra canones numerales posita sint. Neque errabit, qui hoc et Armeniaci codicis et Hieronymi librorum institutum ex eodem fonte, scilicet Eusebio manasse suspicabitur. Namque Hieronymiani codices omnino hanc habent legem ut priori Assyriorum Hebraeorumque res, posteriori uero spatio historias Sicyoniorum Arginorum Atheniensium Aegyptiorum adsignent, id quod etiam in Armeniaca uersione, licet saepe numero neglectum sit, tamen plerumque obseruatum uidemus. Quid quod aliquotiens non modo in obseruata, sed etiam in neglecta hac lege conueniunt. Velut uno in loco inter se conspirant, ubi uix facere poteris quin legem illam ab ipso Eusebio siue imprudenter siue consulto uiolatam esse dicas.

Est hic locus in Aucherianae Editionis pag. 109, nostrae pag. 30.

Etenim quae in huius paginae spatio priore habentur uerba haec: 'Is Erichthonius est filius Vulcani' cett., in Hieronymi *A* et *B* recte tribuuntur posteriori spatio. At sequens uirgula: 'Castor, XL anno principatus' cett., quae perperam a priore spatio transducta est in prius, etiam ab *A* et *B* libris priori spatio falso tribuitur[3]. Omnino uero, quominus nimiam auctoritatem Armeniacae uersioni concedamus id nos impedit, quod qui Eusebi librum alterum in linguam suam conuertit Armenius, exemplo ille usus uidetur non satis probae uetustatis neque lacunis uacuo et admodum mendoso.

Redeamus nunc ad Hieronymum, quem uirgulas historicas in Chronici priore parte omnino in binis columnis descripsisse diximus. Tamen nonnulla sunt eximenda quae secus conlocasse scriptorem per libros fit manifestum.

Primum hoc est pro certo habendum, in singulis numeralibus canonibus series numerorum interruptas esse nominibus regum uel magistratuum, quorum annos regni columnae enumerant. Et hoc cum etiam in recentioribus libris factum esse reperiamus, tamen alterum librorum ordinem ab altero in eo distare animaduertimus, quod recentiores libri intra numerorum canones simplex tantum nomen scriptum referant, dominationis tempore omisso, uelut Leid. *c*. pag. 12[a] (cf. huius praefationis pag. XXV)

[Arginor.]
XXXIIII
XXXV
Triopas
I

et in eadem pagina [Aegyptior.]
XXXVII
XXXVIII
Acencis
I
II

Verum in huius libri spatio historico uoni regis nomen addito dominationis tempore repetitur, uelut: 'Argis. VII. Triopas. ann. XLVI.' et 'Aegyptiorum acencis. ann. XII.' Quam iterationem in huius ordinis codicibus

[1] De Philonis Iudaei et Eusebii Pamphili scriptis ineditis aliorumque libris ex armeniaca lingua conuertendis dissertatio cum ipsorum operum cett. speciminibus, scr. A. Mai. Mediolani 1816. — Eusebii Pamphili Chronicor. canon. libri duo, ed. I. Zohrab et A. Mai. Mediol. 1818.

[2] Eusebii Pamphili Chronicon bipartitum, opera I. B. Aucher. Venet. 1818 (arm. et lat.). Scriptorum uet. noua Collectio, ed. A. Mai. Romae 1833. Tom. VIII.

[3] Recte referuntur haec uerba ad spatium posterius in *F* codice. Quod non contra nos facit, ut quem librum emendatoris et quasi diorthotae manum subiisse ueri sit simillimum. Qua de re infra pag. XXXIX.

usque quaque recurrentem ab Hieronymo profectam esse aegre nobis persuadebimus[1]. Immo uel in hac re uestigia eius librarii siue potius scriptoris agnoscimus, quem Hieronymi opus ex mente sua immutasse e coniectura probabili supra sumus assecuti.

Noui igitur cuiusuis regis in regno succedentis nomen, addito plerumque nationis seriei annorumque dominationis breuissimo indicio numerorum columnae ita interponitur, ut etiam reliquorum canonum numeri intercipiantur, id quod in omnibus fere antiquioris notae codicibus factum esse uidi duarum linearum spatio. Deinde id non raro factum esse animaduertimus, ut ea quae proxime spectent ad illius modo exorti regis siue genus siue nomen sine dominationis tempus, ut ea non in priore uel posteriore communi historica columna de qua supra disputauimus, sed proxime ad hanc ipsam columnam cui regis titulus interpositus debetur, et eadem saepius, ut uidetur, minoribus litteris adscriberentur. Velut in *A* 30ᵃ, *P* 27ᵃ, *B* 16ᵇ, *F* 35ᵃ post haec uerba

Ammeno
phis an XXXI

librarius ea quae ad huius ipsius regis ampliorem notitiam pertinent, 'hic est ammenophis quē quidam memnonem putant lapidem loquentem' uerba non in solita rerum gestarum columna, scilicet a sinistra Aegyptiorum canonis parte, sed a dextra minutioribus litteris, et angustia quidem spatii admodum coacta subiunxit. — Denique praeter ordinem quasi in margine notantur nonnullae leuioris momenti res, uelut iobelaeorum notationes, persecutionum memoriae, alia id genus, quod in extrema potissimum operis parte factum est.

Iam de hac ipsa extrema operis parte pauca sunt quae subiungamus. Inde enim ab Olympiade sexagesima quinta, scilicet a secundo Darii regis anno siue ab instauratione templi Hierosolymitani, cum non in singulis colis sed in binis columnis continua scriptura exaratis historiae enarratio absoluatur, tantae temporum turbationi quantae in priore parte, locus non amplius datur, multoque magis quam prius inter se conspirant libri manu scripti. Et pristino quidem rerum numerorumque ordini seruando id potissimum fauet, quod historiae narratio continuo exarata per Olympiadum notationes (minio scriptas) tum constanter interrumpitur, ut nusquam fere adsequi non liceat, saltem cuinam Olympiadi aliqua res ab Hieronymo sit adscripta. Namque librarios quamuis satis magna licentia et incredibili neglegentia in describendis codicibus et praecipue in imitanda rerum numerorumque dispositione grassatos, tamen in retinendo singularum Olympiadum loco aliquanto consideratius uersatos esse adparet. Neque hoc solo quasi uinculo obstricti erant et impediti, quominus in depingendis archetypis neglegentiae sanequam funestae nimium indulgerent. Cum enim e librorum adcurata conparatione manifestum sit, librarios secutos esse archetypa exempla in singulis paginis distinguendis, uel, si uocabulo recens conficto uti licet, paginatim descripsisse archetypa, unde fieri potuit, ut e. g. *S* et *P* in paginarum distinctione *A* librum prope ad unguem usque sequerentur[2], in quauis posterioris Chronici partis pagina summa, si quae omnino, auctoritas tribuenda est primae cuique numerorum columnae (nimirum Alexandrinor. et postea Romanor.) in qua librarium nondum spatii angustia uel tali quodam obstaculo ab repraesentando fideliter archetypi ordine impeditum esse consentaneum est. Quam legem, permultis in locis conprobatam et librorum ipsa condicione commendatam si considerate sequimur, prope nullum inueniemus locum quem expedire nequeamus. Reliquis uero numerorum columnis Bongarsiani codicis ad tempora definienda fere nihil auctoritatis est concedendum, in *APSF* magna tantum cum cautione uti oportet. Quamquam hi, ut spatii angustia non ita coacti ut ille, non mediocriter interdum praestant temporum notatione multo integriore.


Sed haec quidem hactenus. Vix enim fieri potest ut hisce de rebus amplius in uniuersum disputemus, quoniam quouis in loco atque adeo prope in quauis temporum notatione inquirendum sit in singularem totius paginae columnae numeri condicionem, cumque expendendum sit, quonam loco positus reperiatur, quae antecedant quaeue succedant, et cum inprimis litterarum et linearum spatia sint pensitanda, quae saepe numero siue transponendorum siue omittendorum numerorum caussae fuerint.

---

[1] cf. Scaligeri uerba quae descripsimus in pag. XXX et ibid. notam nostram 1.

[2] Hinc factum est, ut uel in Bongarsiano quamuis numerorum ordo ualde sit turbatus, nihilominus, si cuiusuis paginae ultimos omnium columnarum numeros examinemus, recte et uere sibi numeros respondere conperiamus.

Atque hac quidem prouincia qua ratione et quonam successu singulis in locis functi simus, ut exponamus et exemplis probemus fieri nequit nisi disputatione instituenda admodum longinqua et satis operosa quae ueremur ne lectoribus molestior sit quam utilior. Quare lectores beniuolos ad Editionem ipsam delegamus. Hac in praefatione de eis tantum disserere in animo erat, quae ad uniuersam recensendi Hieronymiani Chronici operam facerent. Ideoque transeundum ad ea quae exponenda nisa sunt de librorum manu scriptorum inter se quasi cognatione. Qua in re ea quae supra tantum molestiae et operae creauit, librorum externa forma, uel potius, ut distinctius loquamur, ratio ea, qua singuli codices Hieronymi opus synchronisticum repraesentant, nunc usu uenit et mirum quantum fauet indagandae librorum cognationi. Cuius quasi imaginem stemma subiungo hoc



in quo graecis litteris ea quae aetatem non tulerunt, *m* littera recentioris ordinis exempla signaui, et ad eos tantum libros spectaui, quos in recensendo Hieronymi opere adhibui.

Iam uidebunt lectores, in duos omnino ordines distingui libros, quorum alteri eos adscribimus qui in singulis, alteri eos qui in binis paginis Hieronymi opus absoluere soleant. Olim igitur, et ante quidem saeculi sexti initium ex Hieronymiano *Φ* codice duo exempla deducta sunt, quorum alterum (*α*), paucissimis exceptis[1], singulas scriptoris retinuit paginas, alterum (*δ*), scripturam in binas paginas explicauit. E priore *α* exemplum quod deductum sit, unum tantum Bongarsianum nobis super est, cui quanta hanc ob caussam auctoritas tribuenda sit, non est quod moneamus. Probabili enim coniectura si adsecuti sumus ut Hieronymum opus suum in singulis paginis explicasse statueremus, omnium integerrimum et praestantissimum exemplum habebimus Bongarsianum propter ea quod solum ipsius scriptoris uniuersam dispositionem refert. Verum quoniam incredibili cum licentia scriptum sit a librario, qui totius operis rationem synchronisticam prorsus ignorasse uidetur, simul adhibenda sunt exempla deducta ex alterius ordinis *δ* codice, praesertim cum hunc librum e praestantissimo codice descriptum esse aperte testetur egregia rerum numerorumque dispositio, scripturaeque praestans condicio, tam foedis mendis quam quibus *B* minime inquinata. Quod sane miros nos haberet, nisi suspicari liceret, profectam esse illam mutatam scribendi rationem a docto quodam quinti uel sexti saeculi grammatico. Is enim tum cum Hieronymianum opus de singulis paginis in binas extenderet, ex temporis more fortasse nonnullorum exemplorum inter se conlatorum auxilio huic operae uacauit, unde etiam hoc explicatur, quod in rationibus chronologicis ipsisque Hieronymi uerbis saepius alterum librorum ordinem (*APS*[*F*]) secedere ab altero (*B*) uidemus, cuius rei exempla uideas in pag. 63 not. 2; 77 not. 5; 81 not. 6; 83 not. 5; 113 not. 4; 139 not. 1 alia. Huc accedit quod etiam in rebus orthographicis reperiuntur discrepantiae quaedam eaeque satis constantes, quas quin grammatico, non librariis tribuamus, facere uix possumus. Tamen, ut omnino non tanto opere inter se differunt Hieronymiani libri quam uetustiorum scriptorum, id quod in scriptore recentiore nemo mirabitur, ita cauendum est, ne nimium discrimini illi inter utrumque Chronici codicum ordinem intercedenti tribuamus.

Sunt enim nonnulla quae, artissime eos coniunctos esse, luculenter demonstrant. Quorum hoc tantum exemplum adferre libet, quod singularis ea ratio, qua '*Troiae captae*' uirgula scripta est in *B*, simillima recurrit in *A* et *P*, nempe ea, quam in sequenti pagina ex utroque librorum ordine descripsimus.

---

[1] nimirum eis, quae repraesentantur *B* codicis paginis 7^b 8^a, 9^b 10^a; cf. huius praefationis pag. XXVII.

B pag. 26^{b}.

Troia capta.

A captiuitate troiae usque ad
primam olympiadem
fiunt anni CCCCVI.

Capta Troia.

Menestheus moritur in me
loregrediens a troia post
quem Athenis regnauit
demophon.

A pag. 51^{b}.

troia capta

a captiuitate troiæ usque
ad primam olympiadem fi
unt. anni CCCCVI.

A pag. 52^{a}.

troia capta

menetheus moritur in melo regrediens
a troia post quē athenis regnauit demophō.

B pag. 27^{a}.

Troia capta

Colligitur omnetempus
usque in praesentem
diem Secundum
assyrios. a XLIII
anno regni nini anni
DCCCXXXV
Secundum hebraeos
Aprimo anno natiuita
tis abraham anni
DCCCXXXV
Secundum Sycionios
a XX et secundo anno
europis similiter anni
DCCCXXXV
A natiuitate uero
Moysi annui CCCCX

Troia capta

A primo
anno cecro
pis qui pri
mus aput
atticam
regnauit
usquo ad
captiuita
tem troiae
et asque ad
XXIII annū
menesthei
Cuius ho
merus
meminit
conputan
tur anni
CCCLXXV
Similiter
et a XXXV
anno ae
tatis moy
si. fiunt
anni
CCCLXXV

Thuoris rex
aegypti
abhomero
polib(sic)uo
catur ma
ritus al
candrae
cuius me
minit in
odissia
dicens
Postroiae(sic)
captiuita
tem
menelaum
et helenam
adeum de
uertisse

A pag. 52^{b}.

Troia capta

Colligitur omne tempus usque
In praesentem diem.
Secundum assyrios a XLIII
anno regni nini anni
DCCCXXXV
Secundum hebraeos a primo
anno natinitatis abraham
anni DCCCXXXV
Secundus(sic) syclonios
a XX et secundo anno europis
similiter anni DCCCXXXV
anatiuitate uero mosi
anni CCCX

A pag. 53^{a}.

Troia capta

a primo anno ce
cropis qui primus
aput atticam regna
uitusque ad capti
uitatētroiæ etus
que ad. XX. annū
menesthei cuius
homerus meminit
conputantur anni
CCCLXXV. similiter
a XXXV. aetatis mosi
fiunt anni CCCLXXV

thuoris rex ae
gypti abhomero
polybus uoca
tur maritus al
eandrae cuius
meminit in odis
sia dicens post
troiae captinita
tem menelaum
et helenam di
uertisse ad
eum

Vbi utrumque codicum ordinem uel in eo conspirare uidemus, quod alterius sine paginae sine columnae scripturam in binis columellis aeqne repraesentant, ac consentiunt *B* et *AP* in loci supra (pag. XXXV et not. 3) a nobis citati nirgula perperam conlocata. Et illud scripturae mendum qned babetur in *B* 46^{a}: 'Clemens quoque his congruit in prime stromate ita scribens clementis' aeque habetur in *P* 49^{a}: 'Clemens queque congruit In prime stremate ita scribens. clementis', cum in *A* 97^{a} prepe uerba: 'Clemens qnoque bis cengrueti(sic) in prime stremate ita scribens' in margine ab cadem ut uidetur manu, sed minutieribus litteris, neqne minie, que praecedentia sunt inlustrata, sed atro sit scriptum: 'clemens.' Iam manifestum est, illnd nocabulum in textum inrepsisse ex marginis nota, qnae scriptoris ab Hieronymo landati nemen exhiberet, id quet ant a grammatice uel docto quodam lectore notatum, ant ab ipse Hierenymo profectum esse cenicimns, utpote qui in Epistula LVII^{a} ad Pammachium[1] de eptimo genere interpretandi censcripta referat haece: 'Feci qnod ueluit: accitoque netarie raptim celeriterque dictani; ex latere in pagina breuiter adnotans qnem intrinsecus sénsum singula capita continerent.'

Quibus in paucieribns exemplis concludi satis habemns, nt quae sufficiant ad amberum cedicum ordīnum adfinitatem inlustrandam. Superest tamen ut de une libro nennibil meneamus. Cum enim alteri ordini consnlto *F* librum adscripserimus, impugnare uidetur nostram sententiam hec, qued saepius ille liber discrepat a reliquis sui generis cedicibus.

Videlicet *Troiae captae* uirgulam talem exhibet, qnalem deinceps describemns.

[1] Hieronymi Opp. ed. Vallars. I. pag. 306.

F pag. 57[b].

Troia capta

a captiuitate troiae usque ad primam olym
piadem fiunt anni CCCCVt

capta Troia

colligitur omue tempus usq: in praesentem
diem secundnm assyrios a XLIIII anno reg
ni nini anni DCCCXXXV
secundum hebraeos a primo anno nati
uitatis abraham anni DCCCXXXV
secundum sycyonios anicesimo et secnn
do anno europis similiter anni DCCCXXXV
a natiuitate nero moysi anni CCCCX

F pag. 58[a].

Troia capta

menestheus moritur in melo regrediens atro
ia. post quem athenis regnauit demophon

Troia capta

a primo anno cecropis qui primus aput atti
cam regnauit usque ad captinitatem troiee et us
que ad XXIII annû menesthei cuius omerus me
minit conputantur anni CCCLXXV
similiter a XXXV anno aetatis moysi
fiunt anni CCCLXXV
tuoris rex aegypti ab omero polibus nocatur
maritus a[le]ncandre cuius meminit in odissea
dicens post troiae captiuitatem menelaum
et helenam adeum deuertisse

Troia capta

Scripturae autem mendis illis quae supra (pag. XXXV et XXXVIII) *ABP* communia esse diximus, uacuus est *F*, idemque iunumeris in locis a ceterorum librorum scriptura non multum quidem, tamen aliquantulum, nec sine certa quadam ratione secedere nidetur. Cnius rei insignia extant exempla pag. 53 not. 8; 77 not. 5; 81 not. 6; 83 not. 5; 111 not. 1; 117 not. 2; 105 not. 1; 139 not. 4; 177 not. 1 alia. Tumen caueudnm est, ne falluci specie in errorem inducti coñstrictum esse nel hunc librum urta couiunctione partim cum *ASP* codicum (nelut cf. pag. 77 not. 5, et uotam marginalem ud 119 *m*), partim cum *B* codicis (uelut pag. 63 not. 2; 81 not. 6; 113 not. 4; 139 not. 1) ordine negemus. Etenim omniuo cum altero utro ordine facere solet, unde nix facere possis quin suspiceris, usum esse eum grammaticum qui *F* libri archetypum recenseret, ntrius que, *ASP* dico et *B* ordinis exemplis, quae ex grammaticorum more inter se conferret. Ac felici quodam casu, unde scripturae dispositionisque illue discrepantiae sint profectae, traditum babemus.

Bonifaci enim cuiusdam ex uersibus breuique epistula (de qna cf. pag. XI) adparet, circa annum p. C. n. quingentesimum decimum quintum Hieronymi Chronicon librum exaratum esse ab illo Bonifacio in usum filiorum Marini, nobilis cuiusdam uiri. Satisque probabiliter conicere licet, u Bonifacio ut grammaticam artem edocto uiro, nonnulla ant emendata ant mutata esse quae reliquu huins aeui exempla exhiberent. Idemque uir et Prosperi chronicon consulare (usque ad annum 445/446 p. C. n. productum) subiunxisse uidetur et laterculum illum quem *Exordii* nomine insignitum inter Praefationes et ipsa Chronica conplures et recentiores quidem libri inserunt. Quorum recentiorum codicum scriptura quantum distet ab *F* libro, optime intellegas ex editione Scaligeri, qui in repraesentando Exordio Freherianum secutus est[1].

Iamque qua ratione Pontaci Vallursi Roncalli Vaticani codices cum his libris, de quibus buc usque egimus, sint coniungendi, demoustrare partim nequeo, partim nolo ubi possem, mea ipsius opera et Gutschmidi insigni auxilio edoctus. Consulto enim deteriores illos libros ueglexi adquiescendumque esse duxi in *ABPSF* libris adcurate perscrutandis qnos eo praestare iure contendo quod et uetustate et integritate reliquos fere omnes superant et quod eorum memoriae oculatus sum testis.

Restat igitur, ut addam paucula de rebus orthographicis. Et si quidem probabilibus argumentis euicimus, Bongarsianum id esse exemplum quod solum diorthoseos et emendationis grammaticae uestigia nulla referret, et quod banc ipsum ob rem prae reliquis integerrime Hieronymi opus exhiberet, Iam qua uiu in re orthographica constituenda incedendum sit perspicuum est. Videlicet hanc secutus sum legem, nt, nisi certis causis perductus, Bongarsiani codicis orthographiam seruarem. Quare ubicunque in antiquiore scribendi ratione consentiunt *B* et *A*, retinendam eam esse duxi. In grauioribus ubi discrepant, *B* libro patrocinatus sum, nisi eius scriptura aperte corrupta est librariorum incuria, aut reliqui uetustiores libri inter quos *A* eminere ostendimus, antiquioris uel cum Hieronymi solita scriptura magis conuenieutis scripturae uestigium retinuerunt. In leuioribus autem ubi discrepant *B* et *ASP*[*F*], Bongarsiano propterea adstipulatus sum, quod *ASPF*

[1] cf. Roncalli I. pag. 23 sqq. et inprimis 30 sqq.

alterius ordinis libros emendatorum uel saltem grammaticorum inprobas sollertesque manus aliquantulum perpessos esse conperi. Scripturam discrepantem diligenter in margine notaui, nisi quod 'Hierosolyma Hierosolima Iherosolima Ierosolima Moses Moyses Moises Salomo Solomo Aegiptus Egiptus presbiter praesbiter' nonnullas id genus discrepantias semel iternmue referre satis habui. Quare spero fore ut certam quandam ac niuidam imaginem scripturae qualem ex Donati potissimum doctrina grammatica Hieronymus, quarti p. C. n. saeculi scriptor sibi effinxisse uidetur, hoc in libro exhibuerim, satiusque esse duxi librorum optimorum inconstantiam seruare quam secundum certam quasi normam corrigere et mutare.

CAPVT III.

Postquam igitur exposui, qua ratione Hieronymi Chronicon librum in codicibus manu scriptis mirum quantum turbatum et corruptum ex artis legibus restituere studuerim et ad pristinam quasi formam reuocare, paucis commentabor de hac ipsa Hieronymi uersione deque additamentis quibus Eusebi opus auxit. Qua de re Hieronymus ipse in Praefatione (pag. 3, 2) exposuit. 'Sciendum etenim est, inquit, me et interpretis et scribtoris ex parte officio usum quia et Graeca fidelissime expressi et nonnulla quae mihi intermissa uidebantur adieci, in romana maxime historia, quam Eusebius huius conditor libri non tam ignorasse ut eruditus, quam ut graece scribens parum suis necessariam perstrinxisse mihi uidebatur. Itaque a Nino et Abraham usque ad Troiae captiuitatem pura graeca translatio est. A Troia autem usque ad XX Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima quae de Tranquillo et ceteris inlustribus in historicis curiosissime excerpsi. A Constantini autem supra dicto anno usque ad consulatum augustorum Valentis sexies et Valentiniani iterum totum meum est.' Et in his quidem additamentis Hieronymum fere totum pependisse ex C. Suetonio Tranquillo et Eutropi historiae Romanae breuiario res est notissima. Est tamen ubi et Sexti Rufi breuiarium et Anonymi Chronicon librum quem anno p. C. n. CCCLIIII conpositum esse constat et amicorum suamque ipsius rerum gestarum memoriam ad Eusebi librum amplificandum adhibuit et continuandum. Equidem cum in Voluminis primi prolegomenis de Eusebi Hieronymique fontibus quibus in condendo opere usi sint disserere in animo sit, hoc loco satis habeo commemorare quae de Hieronymi auctoribus adcurate sciteque disputarunt Fr. Ritschl Parerg. pag. 617 sqq., Theodorus Mommsen in comm. Soc. Saxon. hist. et philol. Vol. I pag. 669 sqq., Augustus Reifferscheid in Suetoni reliquiis pag. 363 sqq. Quorum qui de Hieronymi leuitate uel rectius licentia, qua et Suetoni (et quod monuit Mommsenus, Eutropi) rerum gestarum memoriam temporum conputo suo adsignauit, seuerum fecit iudicium Ritschelius, eum uerissime iudicasse probat Hieronymiani operis recensio ex libris conparata. Quid quod rationem synchronisticam ut uocant quam fundamenti loco libro suo substruxit subinde aut neglexit aut uiolauit. Velut post *Troiam captam* titulum prope annum Abrahae 835 conlocauit Aegyptiorum XX Dynastiae non annum I, sed II, extra reliquorum numerorum ordinem ponens annum primum istius Dynastiae, similisque error offendit in anno Abrahae 2322 cui qui respondeat Romanorum annus omnino non habetur. Dici uix potest, quanta librorum turbatio ex his ipsius scriptoris siue erroribus siue peccatis nata sit, quorum alii alio modo rem quae corrigi omnino nequit corrigere studuerunt et in pristinum reuocare ordinem.

Non melius res Hieronymo successit in ipsius Eusebi Graecis Latinum in sermonem conuertendis. Namque licet haud pauca maioris minorisue momenti peccata, quae Scaliger crimini dedit scriptori aut optimorum codicum memoriae auxilio euanuerint, aut librario potius dictata uelocissime exarauti quam Hieronymo obiciantur, tamen haud pauca sunt, quorum caussa scriptorem neglegentiae merito arguas graecaeque linguae et rerum gestarum notitiae tanquam parum peritum reprehendas. Nolo hic repetere quae Scaliger in Editionis alterius prolegomenon paginis 19 sqq. huiuscemodi crimina et obiurgationes conlegit, amplam quidem peccatorum messem et quam facili negotio augeas.

Quam rem actam agere etiamsi minime in animo est, tamen illius interpretis neglegentiae memorem esse oportet, quicunque in recensenda hac Hieronymi interpretatione uersatur, ne Graecis reliquiis nisus scriptoris potius quam librariorum errores castiget. Et in uniuersum quidem dici potest, codicum optimorum consensu satis integram operis memoriam nobis seruatam esse, quamquam haud raro soli *B* libro pristina scriptoris uerba debemus. Velut Ann. Abr. 1971 *x* *APF* habent: Prohibitae lecticis margaritisque uti cett.,

cum solus *B* pristinae opinor scripturae uestigium seruarit: prohibita electris margaritisque uti cett. Vnde 'prohibitae electris margaritisque uti' restituere non dubitaui, quamquam non ignoro quodammodo contra me facere Suet. Caes. 43. 'Lecticarum usum item conchyliatae uestis et margaritarum nisi certis personis et aetatibus perque certos dies ademit.' Ad electra uocabulum cf. Ouidi Metam. 2, 365.

Vnum tantum esse locum confiteor quem codicum auxilio expedire non potui. Nempe Ann. Ahr. 2263 *h* legitur in *B*: Athlamos natali Romanae urbis cucurrit et agon mille annorum actus, cum *AF* habeant: XL missus natali cett., et *P*: quadraginta missus natali cett. Quibuscum facit Cassiodorus Chron. ad ann. 249, pag. 643 ed. Momms. haece referens: Quadraginta etiam missus natali cett. Vbi in referendo librorum memoria adquiescendum mihi esse duxi.

Graeca Eusebi Canonum fragmenta ita disposui, ut Hieronymi interpretatione quasi fundamento uterer. Vnde factum est, ut, quae uideas in cuiusuis paginae margine sinistro Graeca ea eisdem litterulis insigniantur quibus similia Hieronymi cola distinxi, addito *H* ubi eadem habentur in Hieronymo, *A* uero addito ubi desunt in Hieronymo, habentur in Armenia uersione. Quare e. g. *Ha* aut *Aa* graeco alicui fragmento praescriptum significat, eandem historiae memoriam recurrere in Hieronymi textus ex aduerso positi aut in Armeniae uersionis commate eo quod *a*. littera insignitur. Quam legem modo expositam cum secutus sim fieri non potuit quin aliqua Eusebi fragmenta graeca, a Byzantinis scriptoribus memoriae tradita in ipsorum canonum columna graeca locum non obtinerent. Quae conlegi, conlectaque in I^mo^ huius Voluminis Appendice pag. 223 sqq. rettuli. Omnino uero, perspecta priorum Editorum, Vallarsi dico, Aucheri Zohrabi Mai incuria et leuitate qua in conligendis fragmentis uersati sunt, quamuis non indiligenter id egi, ut Graeca et emendarem et augerem Syncellique potissimum copias scitius exhaurirem, tamen in materia laboriosa et subtili saepius quam par est fefellisse metuo, recepisse quae dubia sunt, omisisse quae uere sunt Eusebiana. Velut pag. 142 inter *Ho.* et *Hq.* inserenda esse sero uidi *Ak.* Τιβέριος Καῖσαρ ἀνηγορεύθη. Sync. 593, 11, neque intercedo, quominus in magna graecarum Eusebi reliquiarum copia et disponenda et recognoscenda similibus erroribus subinde captus esse arguar. Qua de re non inique spero iudicabit quicunque secum reputauerit quantis difficultatibus istae quaestiones sint implicatae memorque erit eorum quae monuit Theodorus Mommsen in N. Mus. Rhen. 11, pag. 626.

Ceterum moneo in fragmentis graecis recognoscendis me usum esse Byzantinorum scriptorum Collectione Bonnensi, cuius paginarum linearumque numeros adscripsi.

Iam cum in tali opere qualis Hieronymi Chronicon liber fieri non potuit, quin et ex codicibus fideliter repraesentandis et ex artis typographicae legibus obseruandis multae uariaeque difficultates nascerentur, quo modo utrique rationi consulturus rem expediuerim aptissime demonstratum iri puto, si aliquam totius operis paginam temere selectam lectorum in commodum enarrabo, signa conpendiaque quibus uti opus fuit explicabo denique signorum et conpendiorum breuem conspectum addam.

Seligo huius libri paginam 95.

Prima numerorum columna continet annos Abrahae. Vbi animaduertendum est, libros quidem decadas tantum notare quas lineola subducta insignini, me reliquos numeros suppleuisse.

Altera Medorum columna nihil habet quod mentione dignum est.

Tertiae Iudaeorum columnae adscripta uides signa et litterulas, quibus singularum textus uirgularum sedes ac dispositio indicatur. Libri enim cum hac in Chronici parte rerum gestarum memoriam quauis in pagina in binas partes diuisam conlocent inter binas numerorum columnas, uelut Iudaeorum et Romanorum, Lydorum et Aegyptiorum, hoc in opere typis excudendo seruari non potuit haec uirgularum dispositio. Quare uniuscuiusque paginae textum ut ita dicam in unam columnam coartaui, singulasque uirgulas praescriptis litterulis distinxi. Itaque in Iudaeorum columna primus numerus 3 cui adscriptus est **a** significat, ex recensione mea primam huius paginae uirgulam eadem (sed magis tenui) *a*. littera signatum conlocandam esse prope Iudaeorum annum 3. Iamque cum uideas, eiusdem columnae numero 6 adscriptum esse **b**, Lydorum numero 27 adpositam litteram **c**, eiusdem columnae 30: **d**, 31: **e**, 33: **f**, rursus Iudaeorum columnae numero 15: **g**, significari hac ratione intelleges, singulos hos numeros sibi uindicare singulas eas uerborum uirgulas quae eisdem *bcdefg* litterulis signantur. Hoc igitur in uniuersum dico, ea quae crassioribus (**a b c d** cett.) litteris signentur, aut omnium librorum consensum indicare, aut optimorum codicum, aut eam omnino memoriam quam certis ex caussis omnium integerrimam existimo. Vbicunque igitur alicuius uirgulae notam

(*a. b. c. d.* cett.) cuius chronologicam dispositionem requiris, semel tantum et littera crassiore (**a b c d** cett.) expressam inter numerorum columnas reperis neque coniunctam cum alicuius libri signo uelut $A^{a}B^{b}P^{m}F^{n}$, pro certo habeas, legitimum hac ratione significari locum, quem uirgula illa siue ex librorum consensu siue ex optimi codicis auctoritate, siue denique ex Hieronymi consilio adcurata inuestigatione perspecto et cognito obtinuit.

Verum cum libri tantum absit ut inter se concordent in singularum uirgularum dispositione, ut saepissime aliam uirgulam alii numero in singulis libris adscriptam esse uideas, hanc librorum discrepantiam ut notarem, $A^{a}A^{b}A^{c}$ cett. $B^{a}B^{b}B^{c}$ cett. $P^{a}P^{b}P^{c}$ cett. $F^{a}F^{b}F^{c}$ cett. $S^{a}S^{b}S^{c}$ cett. signa in librum induxi. Quodsi exempli caussa prope Iudaeorum 6 uides adscriptum P^{a}, hoc eam ob caussam factum est, quod *P* liber *a.* uirgulam non ad Iudaeor. 3, sed ad eiusdem columnae 6 habet. Et prope Lydorum annum 41 quae adposita sunt $B^{i}P^{l}F^{m}$ declarant prope hunc numerum haberi *i.* uirgulam in *B*, *l.* uirgulam in *P*, *m.* uirgulam in *F* libris.

Denique quae uides in Lydorum columna anno 1 et 2 ad Ann. Abr. 1455 et 1456 (F^{b}) et (S^{bc}) et (F^{cd}), haec id agunt, ut demonstrent, sequentis paginae uirgulam *b.* haberi hunc ad locum in *F* libro, uirgulas *b. c.* sequentis paginae scriptas esse in *S* codice ad Lydor. Croesi annum 2, cum legitimum locum obtineant demum ad eiusdem regis annos 6 et 8, denique uirgulas *c. d.* quae ex scriptoris consilio debentur Croesi annis 8 et 9, iam ad Croesi annum 2 exaratas esse ab *F* codicis librario. Et rursus quod in Lydorum columna occurrit signum ad primum huius paginae 95 numerum 24 scriptum (P^{h}) hoc excogitatum est, ut praecedentis paginae 93 uirgulam *h.*, quam Lydorum anno 23 deberi animaduertis, in *P* libro uno anno post ad eiusdem regni annum 24 perperam scriptam esse docearis. Unde perspicuum fit, (A^{a}) (B^{i}) (P^{m}) (F^{n}) (S^{c}) cett. signa, si in superiori alicuius paginae parte reperiuntur, spectare ad praecedentem paginam, ad sequentem uero spectare paginam, si in inferiori alicuius paginae parte occurrunt.

Iam si, ut quae modo exposui, exemplo experiamur, ad singulas paginae 95 uirgulas oculos uertimus, initium capiamus ab *a.* uirgula. Littera **a** ad Lydor. annum 3 posita [3**a**] docet, huic anno uirgulam illam legitimo deberi. Tamen cum P^{a} sit ad Lydor. 6, F^{a} ad Lydor. 7, neque quaequam alius libri discrepantia exhibeatur, uirgulam *a.* ex *AB* librorum consensu adscribi Lydorum anno 3 efficitur, cum *P* eadem uerba habeat ad Lydor. 6, *F* codex ad Lydor. 7. — Porro cum ad libri rationem alio exemplo probandam spectemus *i.* uirgulam, uidemus eam deberi Lydor. anno 38 [38**i**]. Verum in *B* codice haec uirgula habetur ad eiusdem regni annum 41 [B^{i}], in *P* ad annum 36 [P^{i}], in *F* ad annum 34 [F^{i}]. Qua propter sola *A* codicis auctoritate niti perspicies eam cui ego adstipulatus sum dispositionem. Denique *q.* uirgula habetur ad Iudaeorum annum 30 [30**q**]. Ubi cum neque in hac ipsa pag. 95, neque in sequenti pag. 97 ullam librorum discrepantiam notatam reperias, omnibus *ABPFS* libris conuenire de hac illius uirgulae dispositione cognoscas.

Haec sunt quae ad inlustrandum et enarrandum opus habui. Quae si longiora quam par est uidebuntur, spero fore ut hoc mihi condonabunt qui quam difficile fuerit secum reputauerint, tantae molis opus in angustum quasi contrahere, uariorum librorum memoriam mirum quantum discrepantem turbatam turpatam conligere, conlectam diligenter repraesentare et ita quidem describere, ut non modo uerborum adcurata memoria traderetur, sed etiam perspicuum fieret, quibusnam singulorum regnorum annis singulae uirgulae cum per diuersos libros tum ab ipso Hieronymo adscriberentur. Quare peto ex lectoribus, ut quae hoc in opere probanda inueniant, eis utantur litterarum in commodum, contra ut aequo et benigno iudicio mihi ignoscant, si quando in labore difficili et in periculoso quasi itinere a recta uia aberrauerim.

CONSPECTVS SIGNORVM.

I.

SIGNA IN EVSEBI HIERONYMIQVE PRAEFATIONIBVS ADHIBITA.

A Amandinus.
B Bernensis.
P Petauianus.
F Freherianus.
R Regius.
A^1 B^1 P^1 A^2 A^3 cett. prima altera cett. manus horum librorum.

II.

SIGNA IN IPSO CHRONICON LIBRO ADHIBITA.

A Amandinus.
B Bernensis.
P Petauianus.
F Freherianus.
R Regius.
S Fragmenta Petauiana.
a. b. c. d. cett. singularum uirgularum notae.
a b c d cett. quae nunquam non ad certum aliquem singulorum reguorum numerum adscripta inueniuntur, significant *a. b. c. d.* cett. uirgulam certo illi numero adponendam esse.
$A^aB^aP^aF^aR^aS^aA^bB^b$ cett. per totum opus ad certum aliquem singulorum regnorum numerum adscripta significant, *a. b. c. d.* cett. uirgulas in ABPFRS libris illi numero adpositas esse.
(A^a) (B^a) cett. }
(A^y) (B^y) cett. } significant *a.* uel *y.* uirgulam, quae legitimum locum aut in praecedenti aut in sequenti pagina habet, adscribi in AB cett. libro eidem numero cui haec signa adponuntur.
Ha. Hb. Hc. cett. fragmentis graecis proposita significant, respondere singulis graecis reliquiis hac nota insignitis singulas Hieronymi uersionis uirgulas *a. b. c.* cett.
Aa. Ab. Ac. cett. haec fragmenta non in Hieronymianae, sed tantum in Armeniae uersionis uirgulis *a. b. c.* cett. recurrere indicat.

DE ARMENIACA CHRONICORVM

CANONVM EVSEBII VERSIONE.

Cum diu latuisset in bibliothecarum scriniis ipsis Armeniorum viris doctis incognita versio chronicorum librorum Eusebii armeniaca, exeunte tandem saeculo superiore codex eius manuscriptus a Dr. Th. Iacobo, vicario patriarchae hierosolymitani Hierosolymis Constantinopolim translatus est, de quo Georgius Iohannescan, Lector Constantinopolitanus, Mechitharistas Venetiis degentes statim anno 1787 p. Chr. certiores fecit. I. B. Ancheri rogatu idem vir doctus bis descripsit hunc codicem, atque utrumque exemplar, prius minus diligenter confectum anno 1790, posterius quam accuratissimum anno 1793 Venetias misit. Anno iam ineunte 1795 I. B. Aucher interpretationem latinam cum commentario additis fragmentis graecis undique collectis prelo paraverat; sed distulit editionem partim bellis tum temporis exortis impeditus, partim spe inductus, ut alium praeterea codicem huius libri inveniret. Postea ipse Constantinopolim missus per septem annos ibi degens apographum illud posterius denuo cum codice manuscripto comparavit. Denique Romam anno 1815 missus, cum post triennium inde reversus audiret, versionem huius libri latinam modo divulgatam esse, illico editionem suam iam dudum prelo paratam publici iuris fecit ac primum quidem duobus voluminibus forma quaterna, deinde paullo accuratiorem forma maxima uno edidit.

Editio autem illa, quae praevenit Aucherianam, et ipsa profecta est ex copiis Aucherianis. Zohrab enim, Mechitharista, qui anno 1793 apographum secundum Constantinopoli Venetias detulerat, anno 1818 clam Mediolanum abiit alterum apographum scilicet mutilatum illud missum anno 1790 nescientibus Mechitharistis secum asportans, ibique una cum Angelo Maio versionem chronicorum Eusebii latinam ex armeniaco textu factam publicavit. Haec editio statim virorum doctorum per Europam oculos ad se convertit, atque alteram Aucheri plane obscuravit, praesertim quum duo viri illustres omne eius pretium detrectare studerent. Niebuhr, tum temporis regis Borussorum legatus extr. in aula pontificis Romani dissertationem *„Historischer Gewinn aus der armenischen Uebersetzung der Chronik des Eusebius"* inscriptam, quam iam sub finem anni 1819 absolverat (vide *Abhandlungen der historisch-philologischen Klasse der königlich-preussischen Akademie der Wissenschaften aus den Jahren 1820—21. Berlin 1822. S. 37—114)* in lucem edidit, in qua Auchero iram de Zohrabi perfidia exprobrat, eiusque editionem, licet eam cum Mediolanensi non comparaverit, neque, quum linguae armeniacae, ut ipse fatetur, prorsus ignarus esset, comparare potuerit, nullius fere frugis esse contendit, Zohrabum vero, cuius furtum consulto tacet, non modo excusat ob legem, ex qua sine consensu congregationis quidquam publicare ei vetitum erat, ruptam, immo etiam laudat, quod Aucherum, qui utrumque apographum transscribi curaverat, atque editionem suam iam viginti tribus annis ante prelo paraverat, praevenerit. Alter, St. Martin, Armenista, eodem fere tempore in ephemeride litteraria „Journal des Savans" (Février 1820. p. 97—112) in criminatione sua eo usque progreditur, ut adeo Aucherum, virum Mechitharistarum doctissimum, eumque, si quis alius, de litteris Arm. optime meritum summae ignorantiae accuset. Denique uterque furti litterarii criminationem in eum confert, sed argumentis supersedet; et certe de ea re certum indicium quis tulerit, nisi qui ad manus habeat ipsum exemplum ab Auchero anno 1795 conscriptum? Mihi quidem dubium non est, quin Aucher, si errores

in versione Mediolanensi observasset, eos, ut suae ipsius praestantiam demonstraret, verbis castigaturus fuerit; at equidem etsi non nego Zohrabum linguae Armeniacae accurata et plena scientia polluisse, minime tamen credo Aucherum, qui plerosque viros doctos Armeniorum hac in re antecelluerit, suam versionem ad Mediolanensem emendavisse, praesertim quum ex eius praefatione p. XXVI et p. XXXVII, ubi falso contendit, Zohrabum „e priori exemplo interpolato, nonnullis interim ex altero saniore castigatis" suam versionem confecisse, clare eluceat, eum obiter tantum Zohrabianam inspexisse. Immo vero, si plagium subest, hoc in editione Mediolanensi quaerendum erit, quum Zohrab procul dubio, ut textum, ita et versionem Aucheri eo absente ante oculos habuerit.

Sed vertamus nos ad alias animadversiones St. Martini:

Pag. 98 l. l. contendit, versionem armeniacam e Mosis Chorenensis manu prodiisse, atque exemplum profert, quod ex Aucheri praefatione p. XVI (cf. p. 58) sumptum est. Nihilominus dicit p. 99: „M. Aucher n'a pas fait assez d'attention à cette ressemblance frappante et à d'autres encore qu'il pouvoit reconnoître, et, trompé sans doute par le désir de faire de la traduction d'Eusèbe un des plus anciens monumens de la littérature arménienne, il a cherché à l'attribuer aux patriarches Sahag et Mesrob; car ce n'est qu'à eux seuls que peuvent convenir les expressions *ի Հայկերէն թարգմանութենէ եղեալ ի յոյն բնագրէ ի ձեռն սրբոց թարգմանչաց մերոց* qui se trouvent dans le titre arménien, et qui signifient, *traduit de l'orginal grec en arménien par nos saints traducteurs,* mais dont il n'a pas osé faire passer les équivalens dans le titre latin." Sed ipse Aucherus l. l., postquam aliud exemplum similitudinis, quae in quibusdam vocabulis intercedit inter Eusebii interpretem et Chorenensem a. St. Martino omissum protulit, ita pergit: „Itaque suspicari quis posset, ipsius Chorenensis manu versionem hanc nostram adornatam fuisse, cum nemo alius ita familiariter, ut ita dicam, Eusebio usus fuerit: quae coniectura licet haud fortissimo argumento nitatur, non omnino tamen spernenda est" — atque pace viri docti dixerim: mirum est eum nescivisse, non solum praeceptores, Sahak et Mesrob, verum etiam eorum discipulos, id quod iam lexica docent, nomine sanctorum interpretum insigniri.

Quanto odio vir doctus contra Aucherum incensus fuerit, iam inde apparet, quod Zohrabi nomini ubique praeponat „Dr."; Aucheri vero simpliciter „M."; at quam iniustae sint eius criminationes, quae leguntur l. l. p. 101, partim et sequentibus, partim e notis nostrae versioni additis elucebit. Ibi enim dicit St. Martin: „M. Aucher nous a mis en état par son édition du texte arménien de pouvoir affirmer, que la seule traduction, dans laquelle Eusèbe soit alteré d'après le grec de Scaliger, est la sienne, ainsi qu'on le verra par les exemples, que nous citerons. Quoiqu'il assure encore, qu'il n'a connu que très-tard l'édition de Milan, il est certain, que plusieurs endroits de sa traduction rappellent le premier travail, et que partout où le Dr. Zohrab n'a pas rendu exactement le sens de l'original, on remarque pareille erreur dans l'édition de Venise."

Verum quidem est, quod St. Martin contendit, utramque versionem secundum unum idemque exemplar factam esse, sed Aucher cum alterum idque prius apographum imperfectum a Zohrabo furtim ablatum esse comperisset, et eius versionem cum textu aut non comparavisset, aut certe obiter tantum, non potuit non arbitrari Zohrabum huic suam versionem accommodavisse. Reliqua quae addit St. Martin, omni fundamento carent.

Pergit St. Martin: „Le manuscrit original ne portoit par de titre; M. Aucher en a composé un, qui nous paroit contenir une faute assez grave. Les mots *ժամանակականք երկմասնեայ*, ne signifient pas *chronicon bipartitum,* comme on le voit dans le titre latin; il faudroit les traduire littéralement par *Chronica bipartitum;* ce qui seroit un barbarisme dans toutes les langues. Il est impossible de citer, en arménien, un exemple de l'emploi comme singulier du mot pluriel *ժամանակականք*, puisque son singulier régulier existe et est usité. L'erreur seroit moins grossière, s'il y avoit *ժամանակականք երկմասնեայք*; mais il vaudroit mieux mettre *ժամանակագրութիւն երկմասնեայ*. Cette faute, qui dépare le titre de cet ouvrage, n'est pas à beaucoup près la seule du même genre qu'on doive attribuer à l'éditeur." His respondendum est, titulum, quem dedit Ancher, legibus grammaticae armeniacae minime repugnare, quum nomina adiectiva, praesertim quae in *եան*, *եայ*, *ունի* desinunt, substantivis etiam postposita omnem flexionem respuere soleant. cf. Grammat. arm. ed. Avetikh. §. 922 et Bagratuni §. 733 sqq. §. 1187.

Porro dicit St. Martin: „Parmi les nombreux changemens qu'il a cru pouvoir faire à l'original, on remarque celui ci. Dans la préface d'Eusèbe, on lit ces mots (tom. I p. 5): *ընդ Յունաց չէ ինչ զարմանալ*

արտաքոյ հատանել իւրաքանչիւր երկայն ժամանակաց լինելոյ: au lieu de հատանել qui ne présente aucune difficulté, l'éditeur, pour éclaircir la phrase, veut y substiteur հատանելոյ, qui ne change rien au sens, et qui, quand même il n'auroit pas l'inconvénient de ramener une consonnance désagréable, ce que les écrivains élégans évitent avec soin, seroit contraire aux règles de la grammaire. En arménien, quand un adjectif précède son substantif, et que cet adjectif est un participe présent ou passé, un gérondif (sic!), etc. la concordance n'est pas nécessaire, il est mieux de la négliger. Cette règle n'est pas oubliée dans la nouvelle Grammaire arménienne du P. Gabriel Avedik'hian, imprimée à Venise en 1815, un volume in 8°; elle s'y trouve appuyée de nombreux exemples, p. 369 et 370. L'erreur que nous relevons est d'autant plus inconcevable, que l'auteur de cette grammaire a bien soin de remarquer en note que les personnes peu au fait de l'arménien litteral prennent souvent pour des fautes des locutions semblables à celle qui est l'obiet de cette remarque, et qu'on rencontre très-fréquemment dans les anciens auteurs." Quomodo St. Martin gerundium, de quo nihil dictum est l. l. Grammat. Avet., nominibus adiectivis adnumerare potuerit, mihi certe non liquet; simul apparet, eum plane non intellexisse locum Eusebii. Ceterum haud temere Aucherum corrigere voluisse հատանել in հատանելոյ, exinde iam elucet, quod id ipsum scriptum legitur in cod. manuscripto Nersetis.

Addit St. Martin p. 102: „Il paroîtra peut-être surprenant qu'un éditeur arménien commette de telles erreurs; elles étonneroient moins, si l'ouvrage avoit été publié par un Européen: elles sont cependant bien plus communes qu'on ne le croiroit au premier abord; il est parmi les Arméniens peu de personnes qui connoissent toutes les délicatesses de la langue littérale, et la plupart des livres qu'ils sont publiés, fourmillent de pareilles fautes." Argumenti iustar his dictis statim subiungit: „C'est une règle générale en arménien, que la particule que l'on met devant un mot au génitif pour en faire un datif, est Ի, quand le mot commence par une consonne, et յ, quand il commence par une voyelle. Cette règle ne souffre d'exception que quand la voyelle initale est յ; alors cette lettre elle-même tient lien de la particule. Au mépris de cet usage, trop commun et trop connu pour que nous en citions des exemples, M. Aucher veut lire tom. I p. 2 Ի Յունաց *aux Grecs*, au lieu de Յունաց qui est dans le manuscrit, et qui vaut mieux." Fateor haec legentem me obstupuisse. Etenim, dum St. Martin tali viro, qualis erat I. B. Aucher, patriae linguae ignorantiam vix in tirone excusandam exprobrat, ipse tironem se probavit. Nescit enim, dativum casum in lingua armeniaca nunquam Ի s. յ praefixum habere, ubi vero hoc genitivi formae, quae et dativo denotando inservit, additum legatur, plerumque ablativum casum, rarius, idque nonnisi in numero singulari nominum, quae է finale in ablativo accipiunt, locativum ita significari; vocibus vero, quarum littera initialis յ est, haud raro perspicuitatis causa (ut h. l.), quum sine eo tam dativus quam ablativus esse possit, praefigi. Sic legitur eadem forma Ի Յունաց „a Graecis" apud Mosen Chorenensem ed. Ven. 1843 p. 88, 140 et alibi. Deinque Cod. manuscriptus Nersetis Aucheri coniecturam confirmat.

Ex his viri docti facile intelligent, quid statuendum sit de iudicio, quod St. Martin statim subiungit: „Si une plus longue discussion sur des obiets de cette nature n'etoit pas trop fastidieuse pour nos lecteurs, il nous seroit facile d'ajouter ici un grand nombre d'observations du même genre; qu'il nous suffise de dire que presque tous les changemens, additions ou suppressions que l'editeur de Venise a cru devoir faire à son texte, sont inutiles ou téméraires. M. Aucher a-t-il eu raison après cela, dans les endroits où il se trouvoit des lacunes, de substituer son style à celui de Moïse de Khoren peut-être? D'après la traduction de S. Iérôme et les fragmens grecs que le Syncelle nous a conservés, il a rétabli en arménien la préface qu' Eusèbe avoit placée en tête de son Canon chronologique, et qui manque dans le manuscrit: il y a loin de son style, je ne dirai pas à celui de Moïse de Khoren, mais à la diction du plus médiocre des anciens auteurs arméniens; et je puis assurer, autant cependant qu'un étranger peut juger de ces choses, que l'éditeur n'a pas été plus heureux dans ses imitations que dans ses corrections."

Pag. 103 reprehendit St. Martin Aucherum, quod tom. I p. 211 in versione omisit vocem չարչարանս. Sed haec videtur mihi e nota marginali syri interpretis, qui graecae voci μόρια significationem „afflictionis" collato verbo μερίω 1, divido 2, affligor" tribuendam censebat, in textum irrepsisse. Fortasse in textu scriptum legebatur ܒܡ̈ܢܘܬܐ ܝܘܡܝܐ atque in margine ut conjectura aut correctio ܐܘ̈ܠܨܢܐ, quam vocem interpres arm. quasi omissam in textum recepit. Magis vituperandus est Zohrab, qui graeco textui versionem suam accommodavit, et voci չարչարանս eam notionem tribuit, quam non habet. Contra ibidem haud iniuste monet St. Martin Aucherum in eo errasse, quod tom. I p 249 corrigere voluerit „septimum" in „vigesimum

septimum." Pagina sequenti St. Martin contendit, vocem վիպագործ, quam Aucher et Zohrab modo „versificator" modo „historicus" vertunt, reddendam esse „historiens." Sed utraque interpretatio reiicienda est, cum vox armeniaca ex etymologiae legibus accurate respondeat graecae voci ἐποποιός atque hinc poetam epicum innuat.

Porro p. 105 St. Martin negat, vocem պատրուճակ significare vel „oves" vel „expensas", ut A. II in nota ad a. 2083 p. 354 dicit, et ipse eam vertit „les moutons qui lui étaient nécessaires". Sed derivandum est պատրուճակ a ռոճիկ, quod significat „cibaria, stipendium", atque usurpatur de omni bestia mactanda sive immolanda, nec non de sumtu in eas impenso.

Ultimo loco vitio vertit St. Martin Auchero, quod tom. II a. 2121 vocem corruptam „Menesia" e textu arm. retinuerit. Sed bene vidit Aucher corruptionem huic voci subesse, et in nota ad h. l. p. 380 coniicit eam e graeco ΜΕΝΑΣΙΑΣ ortam esse, quam coniecturam Zohrab ab ipso (minime vero Aucher a Zohrabo uti censet St. Martin) mutuatus est. St. Martin vult reponere „Mysia" Մ՚իւսիայ pro Մ՚ենեսիայ. Utrumque displicet, quum sine ulla mutatione lectio arm. e syr. ܡܢ ܐܣܝܐ, quam et cod. Roed. tuetur, explicari possit.

Quae fere omnia quum nihil contra Aucherum probent, addo duos locos e canone Eusebii, quem solum hucusque examinavi, in quibus Zohrabi versio praeferenda est, quippe qui a. Abr. 778 recte verterit „Onotauri" pro „Centauri", quod Aucher dedit, et a. 1442 „post Archemorum" pro „sub Archemoro". Sed multo plura inveniuntur, in quibus plus minusve Zohrab a textu armeniaco aberravit, idque fecit partim varietatis et elegantiae in elocutione captandae causa, ut: a. 361 „anno, quo naturae concessit" pro „anno, quo obiit" a. 404 „incolatum suum transtulerunt" pro „habitaverunt" a. 479 „rem habuit" pro „mixtus est" — partim ex negligentia, ut a. 479 „bovinus" pro „bovis transitus" a. 561 „advenas" pro „transeuntes" a. 635 „novercam" pro „matrem" a. 988 „in tertio libro" pro „in tertio capite" — partim ex coniectura, quae maximam partem graeco Scaligeri textu nititur, ut a. 531 (544) „Eurystheum" pro „Euritheum" a. 568 „Rhadamanthus" pro „Rhamanithus" et paullo post pro „Rhadamantheus" a. 618 „Pirithoum" pro „Perinthum" a. 689 „Lampares" pro „Lamhereus" a. 735 „fugae trames" pro „fugae praesidium" a. 832 „scribitur" pro „habetur". Ibid. ad quem ait *Menelaum cum Helena post Troiam eversam errabundum appulisse*", et in margine dicit: „Haec pericope mutila est in arm. codice" pro „sub eo ait factum esse excidium" a. 857 „Argis" et in margine addit: „Ita in margine codicis arm. At in textu *Atis*". Sed h. l. non habetur lectio marginalis, et in textu legitur „Adis" a. 1013 addit Zohrab e graeco textu „XXI dynastia Tanitarum" a. 1345 „Lesbii" pro „Libyes" a. 1360—1361 „Istorus" pro „Istrus" a. 1533 „Pompilia" pro „Porpilia" etc.

Iam igitur luculenter apparet, quam iniquum sit iudicium, quod St. Martin tulit l. l. p. 106 his verbis usus: „Pour la fidélité la traduction (de M. A.) est de beaucoup au-dessous de la première, qui a en outre l'avantage de serrer de plus près le sens de l'original, de sorte qu'elle sera vraiment plus utile aux savans qui voudront comparer l'arménien avec les fragmens grecs et latins que nous possédons.

Ceterum observatu dignum est, quod Aucher directe textum armeniacum in latinam linguam, Zohrab vero primum in italicam vertit, ex qua demum Angelus Maius mutatis mutandis, quum eleganter scribere vellet, suam versionem latinam confecit [1]).

Quum in hac adornanda editione chronicorum librorum Eusebii multum interesset scire, utrum fides habenda esset textui armeniaco, quem Aucher dedit, nec ne, autumno anni 1864 Constantinopolim profectus sum, ut denuo codicem hierosolymitanum inspicerem atque accuratius examinarem. Sed omnem operam meam perdidi; nam patriarcha Armeniorum metuens opinor, ne in Mechitharistarum manus veniret, codicem ibi exstare negabat, contendens se eum Hierosolyma remisisse. Hinc Venetias abii, ut saltem secundum apographum cum Aucheri textu compararem. Ibi summa cum liberalitate a Mechitharistis exceptus non modo illud repperi idque vere secundum Aucherianum esse non mutilatum comperi, verum etiam alterum exemplum nactus sum ipsius Aucheri manu scriptum, quum Constantinopoli degeret, coeptum neque absolutum. Denique id quod maximo gaudio mihi fuit, ignotum adhuc codicem manuscriptum, quem Rev. P. Nerses decem circiter abhinc annis Tokati acquisiverat, ac nemo eo usque accuratius exa-

[1]) Anm.: Niebuhr ipse l. l. p. 40 dicit: „Aus dieser lateinischen Uebersetzung, besonders so wie die mailändische gerathen ist, von der allein ich reden kann; so vag, so nach Mannichfaltigkeit in Abwechslung der aus den verschiedenartigsten Zeiten und Schreibarten unerfreulich zusammengejagten Ausdrücke trachtend, — ist es nicht möglich zusammenhängende Sätze mit einiger Sicherheit ins Griechische zurückzuführen.

minaverat nsui meo tradiderunt. Itaque sd collationem textuum me accinxi, quam a discipulis scholae Mechitharistarum, quae Venetiis floret, adiutus, quum me adeo in ipsorum domo exciperent, intra perbreve temporis spatium perfeci.

Codex hierosolymitanus, quem I. B. Aueber in prima apographi sui imperfecti pagina diligenter descripsit, membranaceus est et formae maximae, in margine ob vetustatem paullum detritus et hic illic resartus, humore etiam aliquautum affectus, membrana eius cursu temporis colorem subfuscum accepit, scriptura charactere, qui dicitur rotundo exarata scribam prodit habilem, peritum et elegantem. Nonnunquam notae marginales additae sunt aliae ab ipso scriptore codicis, aliae a recentioribus. Codex nonnullas lacunas habet; scilicet in fine partis prioris deest series imperatorum Rom. et consulum inde ab Iulio Caesare; secunda pars seriem quidem regum habet, sed ab initio et in fine mancam. Incipit enim a verbis „sub quo Ilium captum est" (cf. ed. Auch. p. 19, et desinit in imperatoribus: „Pupinius et Balbinius occi" (si sunt). In ipso Canone sunt lacunae ab anno Abr. 1—343, deinde ab a. 1031—1099, tum ab a. 1167—1220, denique in fine ab a. Abr. 2320—2343. Porro titulo caret atque indicio temporis, quo scriptus est. E conditione membranae atque scripturae Aucher coniecit, codicem saeculo duodecimo, tempore Nersetis Claiensis, qui 1173 p. Chr., aut Nersetis Lambronensis, qui 1198 p. Chr. mortuus est, certe ante tempora Ioannis Erzinkensis, qui 1326 p. Chr. obiit, scriptum esse. Exstat quidem in Canone ad Olymp. 152 sigillum Catholici cuiusdam Grigorii impressum; sed, quum tredecim Catholici hoc nomine insigniantur, haud facile est definire, cuiusnam Grigorii sigillum illud sit; praeterea quamvis probabiliter credideris appositum ab eo, cuius iussu codex scriptus est, tamen fieri potest, ut posterioris Grigorii cuiusdam sit sigillum postea demum codicem nacti. Quum Samuel Aniensis, historicus, qui saeculo duodecimo floruit, in priscis temporibus fere totus Eusebii libris chronicis nitatur, editores Zobrab et Aucher coniecerunt, eum hoc exemplari usum fuisse, cuius acquisitione fortasse ille Catholicus commotus Samuelem ad conscribendos annales et ad exemplum Eusebianorum ad suum usque tempus continuandos incitaverit; atque Zohrab quidem contendit Grigorium IV, (1173—1193 p. Chr.), Aucher vero Grigorium III (1113—1166 p. Chr.) illum fuisse patriarcham, cuius auctoritate tam codex hierosolymitanus scriptus sit, quam Samuel Aniensis chronica sua hoc codice adiutus elaboraverit. Sed tali coniecturae repugnant plures loci Samuelis, in quibus a lectione codicis deflectit: Ita Samuel 3 p. Chr. 2017 Abr.; „Secundus" habet, ubi in cod. „Sextus" legitur — 7 p. Chr. 2020 Abr. „Lysimachum" pro „Lysaniam" — 19 p. Chr. 2033 Abr. „tredecim urbes in Bithynia subversae pro „terrae motu XIII urbes corruerunt, Ephesus, Magnesia, Sardis etc." — 30 p. Chr. 2044 Abr. „anni 548" pro „anni 542" — 34 p. Chr. 2048 Abr. „hora VII" pro „hora VI" — 37 p. Chr. 2051 Abr. addit Samuel „XXII annos" — 72 p. Chr. 2086 Abr. „et XII myriades" pro „et X myriades" — 82 p. Chr. 2095 Abr. „Clemetus (Anacletus ed.)" pro „Linus" — 95 p. Chr. 2108 Abr. addit Samuel „Ioannes in Patmum insulam pellitur, ubi vidit Apocalypsin" — 98 p. Chr. 2110 Abr. Sam. „Romae quartus episcopus, cuius nomen desideratur in scripto" Cod. „quartus Romanorum ecclesiae episcopus constituitur Evarêus ann. 8" — 105 p. Chr. 2119 Abr. „ann. XI" pro „ann. X" — 109 p. Chr. 2123 Abr. „Hermon" pro „Erou". — Ibid. „Orimus" (Primus ed.) pro „Piitus" etc. — Huc accedit, quod Samuel dicta Eusebii commemorat, quae e lacunis huius codicis desumpta sunt, cf. ed. Auch. (4°) pp. 61. 68. 70. 76. 82. 86. 88. 154. 156. 304. Ac ne quis dicat, haec serius e codice excidisse, moneo, easdem lacunas reperiri in altero etiam codice, qui, ut mox docebimus, non est ex hierosolymitano descriptus. His omnibus diligenter perpensis eo adductus sum, ut credam, sigillum illud codici impressum Grigorii VII (1294—1307 p. Chr.) esse eiusdemque iussu hunc codicem esse descriptum. Non enim solum Samuel Aniensis, verum etiam Wardan magnus, qui 1271 p. Chr. obiit (cf. ed. Auch. pp. 78. 80. 82) integrum huius Canonis exemplar ante oculos videtur habuisse, idque in sede patriarchali, quae tunc temporis Hrom cla („Romanorum arx") erat, repositum fuisse, perquam verisimile est, qua anno 1293 p. Chr. diruta et combusta libri ibi reconditi, si non omnes certe plurimi interierunt. Hinc fieri potuit, ut novus Catholicus nonnisi mancum librum inveniret, quem describendum tradidit.

In folio tegumenti restituti a recentiore possessore scriptura tenuiore eaque satis rudi scriptum legitur: Եւ Սեբէոս Պամփիւլացւոց Եպիսկոպոսն արարեալ գիրս պատմագրաց հատորս տասն. որում ընդ հատորն պատմէ զքրիստոսի մարդեղութիւնն և զառաքելոցն սրբոց, նաև զամենայն եկեղեցական պատմութեանց. իսկ այս տառքեա յաղագս և զընթացս թագաւորութեանց աշխարհի ճառէ. որև կոչի քանոնիկոն: „Eusebius (sive potius ex mente scriptoris ignari „Et Sebeus") Pamphyliorum (sic!) episcopus fecit (scripsit) libros historiarum, tomso

decem, quorum novem narrant de Christi incarnatione et de sanctis apostolis, atque etiam de omnibus ecclesiasticis historiis; hic vero primus (inde) ab Adamo et de (sic!) mundi creatione narrat, qui et vocatur chrenicon (sic!)." — Ab initio primae paginae, quarum quaeque 36 lineas una plus minusve continet, spatium 4 linearum pro titulo libri vacuum relictum est; prima huius paginae linea liquore ex rubro subnigro, secunda purpureo exarata est.

Apographum, quod mihi traditum est, re vera secundum idque accurate confectum esse, mox perspexi, atque mihi confirmatum est, dum legebam, quae in calce libri scripta sunt. Legitur enim ad marginem ultimae paginae: „Transscriptum est pretiosum hoc volumen auctoris pii nominis (i. e. Eusebii) e vetusto membranaceo litteris rotundis scripto accurato et caro quodam exemplari, idque in omni re usque ad apices et puncta imitando summa cura redditum ab humili scriptore Georgio, Constantinopoli anno aerae Armeniorum 1242 et anno Domini 1793 d. 11 m. Iun. in dilectationem lectorum antiquitatis peritorum." Huic indicio scriptoris additum est: „Donum est in sui memoriam datum a scriptore nobili, Lectore Georgio, Domino Iohannesean (i. e. Ioanne oriundo), quod ad nos transtulit P. Iohannes Dr. Zohrabean anno 1243 (aer. Arm. 1794 p. Chr.) d. 25 m. Decembr., postquam nonnullis annis ante eum per Dr. P. nostrum Lucam Indschidschean enixe eum rogaveramus. Tunc P. B. Aucher anno 1802 Constantinopolim profectus locorum graviorum cum originali comparatione exactum ubique consensum cum eo perspexit, atque huic etiam congruenter facta est editio (Aucheri), quae anno 1848 lucem vidit." Apparet hoc ipsius Aucheri esse additamentum.

Alter codex manuscriptus maximam cum hierosolymitano similitudinem prae se fert. Est itidem maximae formae et charactere rotundo perspicuo et satis eleganti exaratus, singulae paginae, quae apprime respondent paginis alterius codicis, plerumque 36 lineis constant; scriptus est in charta laevigata, et titulo excepto 302 paginas amplectitur, quarum 230 priores libros Eusebii chronicos, sequentes vero p. 231—301 eosdem Samuelis Aniensis, atque ultima pagina 302 յիշատակարան „postscriptum" continet, in quo idem fere legitur, quod titulus libri exhibet. Is vero convenit cum iis, quae a manu seriore codici hierosolymitano praeposita sunt, nempe: Եւսեբեայ Պամփիւլացւոց Եպիսկոպոսի արարեալ գիրս պատմագրաց. Հատորս տասն. Այսմ ինն հատորն պատմէ զՔրիստոսի մարդեղութենէն, և զառաքելոցն սրբոց, նաև զամենայն եկեղեցական պատմութեանց։ Իսկ այս առաջինս Յադամայ (pro յԱդամայ) և ՚ի լինելութենէն աշխարհի ճառէ. որ և կոչի քռնիկոն։ „Eusebius Pamphyliorum episcopus fecit (scripsit) libros historiarum, tomos decem, quorum novem tomi narrant de Christi incarnatione et de sanctis apostolis, atque etiam de omnibus ecclesiasticis historiis, hic vero primus (inde) ab Adamo et a creatione mundi refert, qui et vocatur Chrenicon." Ex his apparet, scriptorem huius codicis vitia hierosolymitani evitasse, et tantummodo Պամփիւլացւոց „Pamphyliorum" et քռնիկոն „Chrenicon" pro „Chronicon" retinuisse.

Porro legitur in eadem pagina: Ստացող գրոյս Մինաս Եպիսկոպ Ամթայի, որ ետ ՚ի պարգև Սահակայ արքեպիսկոպոսի Տիգրանակերտի։ „Possessor huius libri (fuit) Minas,[1]) archiepiscopus Amthensis (pro „Amidensis"), qui (eum) dono dedit Sahaco (Isaaco), archiepiscopo Tigranacertae." His subscriptum est: Գրչութիւն մատենիս ՚ի ռՃԽԵ ՚ի Թոխաթ Միքայէլ գրչի։ „Scriptum est hoc volumen anno 1145 (aer. Arm. 1696 p. Chr.) in (urbe) Thochath (Tokat in Asia minori) a Michaele librario." Infra denique legitur: Այս մատեան ետ ՚ի պարգև ․˙․ Ներսէսի մերոյ Սարգսեան Զաքարիա վրդ առաջնորդ Ս. Կարապետի վանից Մշոյ։ „Hoc volumen dono dedit P. Nerseti nostro Sargisean (Sergio oriundo) Zacharia doctor (S. S. Th.) superior sancti Praecursoris (Ioannis baptistae) monasterii Muschi (in tractu Musch siti)." Ab initio primae paginae titulus legitur: Եւսեբիոսի պամփիւլացւոյ ժամանակագրութի՟։ „Eusebii Pamphylii chronographia." In fine canonis Eusebiani, qui secundum apographum in annum Abr. 2319 et 16. Diocl. cadit, hic codex addit annos ab a. Abr. 2320—2340, vel a Diocl. 17—17 Const., sed omissis omnibus animadversionibus, si exceperis notationem ad a. Abr. 2323 et 20 Diocl., ubi scriptum est: Կոստանդիանոս ամս ԼԴ „Costantianus (Constantinus) annos 34." Pone a. Abr. 2340 haec leguntur p. 230 in codice: Աստանօր աւարտումն եղև Քրոնիկոն գրոցն Եւսեբեայ։ „Hoc loco finis fuit chronicorum librorum Eusebii", atque tunc sequitur: Իսկ յետ սորա կամ եղև Բարսեղակոսի Ս՟իմոնեայ ամթելեղոյ վերադիտողի Սաղիմայ Սրբոյ քաղաքի. գրել զպատմութիւն Թագաւորաց, զհոռոմականն. և զպարսկականն. և զհայկականն. և զԹիւն ՚ի

[1]) Minas hic Amidae archiepiscopus annis 1689—1701 patriarcha Hierosolymorum factus, dein munere suo privatus anno 1703 revocatus, sed anno sequenti iterum remotus, in insula Cypri anno 1705 exul mortuus est.

ծննդենէն քրի· և զհայրապետացն հայոց· Օ̣հաւաքեալն ՚ի Սամուէլէ քահանայէ յանեցւոյ· „At postbinc voluit rabbinorum princeps (patriarcha) Minas Amthensis (Amidensis) inspeetor (episcopus, superintendens) sanctae urbis Salem (Hierosolymorum) scribi series regum romanorum, persicorum et armeniacorum, cum annis a Christi nativitate, atque patriarcharum Armeniorum contextas a Samuele sacerdote Aniensi." Hinc sequuntur annales Samuelis a pag. 231—301, qui porrigunt usque ad a. 629 (aer. Arm. 1180 p. Chr.), sed in hoc codice ab anonymo auctore usque ad a. 872 (aer. Arm. 1423 p. Chr.) producuntur.

Hic codex, ut in paginarum dispositione convenit cum hierosolymitano, ita et easdem plane, quas supra notavimus, lacunas breviores etiam, ut a. Abr. 1867 ubi numerus annorum et a. 2296 ubi nomen episcopi desideratur, exhibet, atque insuper adeo eadem menda scripturae eademque falsa interpretamenta et easdem textus corruptiones, unde cernitur, quanta cura uterque librarius archetypum suum descripserit. cf. a. Abr. 475. Նիփա „Nipba" pro „Nympha." a. 481. դիդաս „Didas" pro „Diadas." a. 495. փիրա „Phira" pro „Ephyra." a. 500. երիքսիթիոն „Erichsithion" pro „Erysichthon." a. 532. եւրիթեւս „Euritheus" pro „Euristheus." a. 551. չէ՛ հաւատալի „non est credibile" pro չէ՛ անհաւատալի „non est incredibile." a. 557. էլամտէս (էղամտէս) „Elamtes" pro „Lapis." a. 567. հռամանիթոս „Hramanithus" et a. 586. հռադամանթեւս „Hradamantheus" pro „Rhadamanthus." a. 593. եպոփեւս „Epupheus" pro „Epopeus." a. 617. պերինթոս „Perinthus" pro „Pirithous." a. 618. թեսեւ „Theseu" pro „Theseus." a. 635. փրիքոս „Phrichus" pro „Phrixus." a. 642. մելպոլ (մէղպոլ) „Melpo" pro „Eumolpo." ibid. և մոմփիտեանք „Eumôpiteankh" (— pitae) pro „Eumolpidae." a. 660. տիտոս „Titus" pro „Tityus." a. 668. պաղեւատոս „Palevatus" et 711. պաղէատոս „Palêatus" pro „Palaephatus." a. 707. մինդաս „Mindas" pro „Midas." a. 718. առ իսկինա „arr iskina", quod expungendum. a. 743. արգիւացւոց „Argivorum" pro „Argonautarum." a. 752. զիպսիպիղէ „Lipsipile" pro „Hypsipyle". a. 786. անդոգէոս „Andogêus" pro „Androgeus". a. 791. միտորոս „Mitorus" pro „Minotaurus" ibid. ՚ի մարտոսին „i martosin" lectio corrupta. a. 814. ատրէս „Atrês" pro „Atreus". ibid. տիկենից թուէստէս „Ticenis Thuestes" pro „Mycenis Thyestes." a. 847; պաղեփոս „Palephus" pro „Palaephatus". a. 1302. էմ sine sensu pro եմ cf. ԷՄ` et ԷՏ a. 1320. ասերէս „Aserês" pro ամերէս „Amerês" cf. Ս et Մ` etc. etc. Porro animadvertimus easdem lectiones marginales. e. g. a. Abr. 619 in textu utriusque exemplaris legitur ա ·թիպիոյն („Athipi" —), in margine vel supra scriptum ·ն („n"), legendum ergo „anthipi" — pro „Atthidis", at a. 790. աթթիդին „aththidin" superscripto ա „t" priori թ „th", ita ut legendum sit „atthidin." a. 857. յադ· et in margine ·իս „had" s. „jad—is". a. 1541. ծանաւչէր i. e. „cognoscebatur", in margine ·հասանէր i. e. „veniebat" s. „adolescebat". a. 1552. ծնաւ i. e. „natus est", in margine ·ծանեաւ i. e. „cognitus est", ac vice versa a. 1592. ծանեաւ i. e. „cognitus est", in margine ·ծն, quo significatur, legendum esse seu legi posse ծնաւ i. e. „natus est".

Hinc facile aliquis adduci posset, ut crederet hunc codicem sive librarius illud ipsum exemplar manu tractaverit, sive apographum eius descripserit, ab hierosolymitano profectum esse. At multa sunt, quae huic coniecturae repugnant, quum, licet multa conveniant, simul tamen haud paucae diversitates inveniantur. Nolo quidem commemorare locos, ubi litterae ե et է, գ et զ, ս et օ inter se permutatae sunt, quum hae in scriptura minuscula non minus quam in mainscula ob artam similitudinem saepissime confundantur; neque multum ei tribuendum puto, quod in hoc codice ubique fere o scriptum est pro ու, վ saepius pro ո, et quod litterae բ, պ, փ et դ, կ, ք, nec non գ, թ, տ, haud raro commutentur, quum eiusmodi diversitates e confusione pronunciationis litterarum, quae seriori tempore invaluit, explicari possint, cf. a. Abr. 617. 634. 761. 832. 951. 1231. 1302. 1325. 1444. 1446. 1599. 1973. etc. etc. — ac similiter permutationes litterarum sequentes librarii errori adscribi possunt: a. 830 կիւլիկեցւոց „Cylicieusium" i. e. „Cilicum" pro կիզիկեցւոց „Cizicenorum" i. e. „Cyzicenorum", quum ւլ facillime confundatur cum զ a. 599. գէթոս „Gethus" pro զէթոս „Zethus", ut տրիապէգոս „Triapegus" pro տրիապեզոս „Triapezus" i. e. „Trapezus" cf. գ et զ. a. 1715. բեղլա „Bella" pro բեդլա „Bedla". Idem dicendum est de locis, in quibus singulae litterae, syllabae aut voces exciderunt e. g. a. 704. ագամէնոն „Agamêuon" pro ագամեմնոն „Agamemnon", a. 719. պանիաս „Panias" pro „Pannias." a. 744. ՄԽ (240) pro ՄԽԱ (241). a. 946. Մեդոյ կոդրեայ „Mêdô Codri" bis pro „Mêdô Codri." a. 1246. մարգարէանար pro մարգարէանայր. a. 1323. երիքաս „Ericbas" pro երիքիաս „Erichias", i. e. „Eryxias". a. 1374. գազանս i. e. „bestias" pro գաւազանս i. e. „sceptra". a. 1383. կիւթացիք „Cythii" pro սկիւթացիք „Scythae". a. 1388. երայեցիս „Eraeos" pro եբրայեցիս „Hebraeos". a. 1497. երր pro երրէ. a. 1573. երիդէս „Erides" pro եւրիպիդէս „Euripides." a. 1577. փիդաս „Phidas" pro „Phidias". a. 1592. սոգոնիոս „Sogonius" pro „Sogdonius". a. 1729.

Եղիզար „Elizar" pro Եղիազար „Eliazar". a. 1748. Կղանթէս „Clanthes" pro Կղէանթէս „Cleantbes". a. 1770. Երգետէս „Ergetes" pro Եւերգետէս „Eergetes". a. 1841. ՚ի Հռոմեցւոց pro ՚ի Հռոմայեցւոց. — Porro: a. 662. Հերակլի „Heracli" pro ընդ Հերակլի „cum Heracle". a. 718. արուս և զէգս „viriles a. viros et feminas" pro ընդ արուս և զէգս „cum virilibus s. viris et feminas". a. 732. յազգէ Մանասէի „e tribu Manssis" pro յազգէ Մանասէի էր „e tribn Manasis erat". a. 1020. Թագաւորաց i. e. „regum" pro Թագաւորաց ազգին „regum nationis". a. 1358. verba և Ալկմէոն ճանաչէր „et Alcmaeon cognoscebatur" desiderantur in codice. a. 1497. Կղէմէս „Clêmês" (Clemens) pro այսր „hoc loco" et in margine այր „vir" Կղէմէս „Clêmês". Deniqne textus codicis corruptus e lectione bierosolymitani restitui potest e. g. a. 507. ոչ Իսմայելացւոյն „non Ismaelitae" pro որ ՚ի Սեմեղեայ „qui ex Semele". a. 525. որ ՚ի Դէդոս, quod in Dêdo" (legendum Դէլոս „Dêlo" ex Δ pro Λ) pro որ ՚ի Դեղփիս „qnod in Delpbis". a. 612. զորմէ ասեն „de qno dicunt" pro զորմէ ասէն „de quo dicit" sc. ե pro է. a. 618. և ասէ quod sensu caret pro և պատմէ „et narrat". a. 627. զոր ի Թփարորեայ ատրեա itemque sine sensu pro զՈրիթիա բորեաս ատրեայ i. e. „Orithiam Boreas Atraei", ubi voces perperam diremtae et փ pro ի positum etc.

IIis omnibus non obstantibus plura reperiuntur, quae impediunt, quominus hunc codicem ab bicrosolymitano origincm ducere sumamus. Primum cnim nonnullae diversitatcs tantummodo e scriptura maiuscula repeti possunt: a. Abr. 532 զոէղէսգացիս „Oêlesgos" pro պղէղէսգացիս „Pelesgos" i. c. Pelasgos", quum littera Պ „P" saeculo IX et X scriberetur ut Ո „O" cum puncto interno. a. 562. գինիքս „Ginix" pro փինիքս „Pbinix" i. e. Pbocuix", cf. Գ et Փ. a. 708. ՚ի Սիկեանս „in Sicenas" pro ՚ի Միկեանս „in Micenas", cf. Ս et Մ. a. 1384. Տիմէոս „Timêus s. Timaeus" pro Միրտէոս „Mirtêus s. Myrtaeus", Տ „t" pro Մ „M" ac vice versa Մ pro Տ, et ր insertum.

Alia deinde variam vere lectionem indicant. a. 841. ընդ ժամանակաց pro ընդ ժամանակին. a. 734. Թեսեւս „Theseus" pro Էգեւս „Acgeus". a. 735. ՚ի Նինուէ „Ninivem", quod b. l. prorsus ineptum, pro ՚ի Մինովէ „a Minoë". a. 775. Թողղա ամս ԻԲ „Thôla annos XXII" pro „Թողղա ամս Գ „Tbôla annos III". a. 841. Հրէից „Iudaeorum" pro Եբրայեցւոց „Hebraeorum". a. 926. Կոդրատոս „Codratus" (Quadratus!) pro Կոդրոս „Codrus". (a. 1164. Օթբէն „Otben" pro Օսորթոն „Osortbon".) a. 1237. ամս ԻԱ „annos XXI" pro ամս ԽԳ „annos XLIII". a. 1281. ամս ԾԱ „annos LI" pro ամս ԺԹ „annos XIX". a. 1304. ամս ԺԱ „annos XI" pro ամս ԾԵ „annos LV". a. 1496. ընակչացն pro ընակիչացն. a. 1504. Կայսեր „Caesaris" recte pro Կայսր „Cacsar", sed ե supraseriptum. a. 1538. ՚ի պղատինէս „in Platina" (sic!) pro ՚ի պղատիէս „in Platiês" i. c. „Plataeis". a. 1555. էառ զԵւրիմեդոն „cepit Eurimedontem" pro առ Եւրիմեդոն „ad Eurimedontem". a. 1728. զամս Ի և ամիս Ե „annos XX et menses V" pro ամս Ե „annos V". (a. 1754. պաշարեաց „obsedit" falso pro պաշարեցին „obsederunt"). a. 1792. շինեցան „conditae sunt" pro շարժեցան „commotae sunt". a. 1826. ՚ի Թագաւորանմանն pro ՚ի Թախանձան.

Denique in boc codice addita sunt nonnulla, quae desiderantur in cod. hieros. cf. a. 981. ubi Սամոս շինեցաւ „Samos condita est" legitur. Ita a. 989. Աղբաս Սիղուաս ամս ԼԷ „Albas Silvas ann. XXXVII" pro Աղբաս ամս ԼԹ „Albas ann. XXXIX". a. 1259. additum est: ՚ի Սիկիղիա Սիղինուս և Գանգղէ շինեցաւ (pro շինեցան) i. e. „In Sicilia Silinus et Ganglê condita est" (pro „conditae sunt"). Item a. 1283. Մեսսենէ ՚ի Լակեդմոնացւոց առաւ i. e. „Mcssene a Lacedmoniis capta est". a. 1746. Եպիկուրոս վախճանէր i. e. „Epicurus moricbatur" (pro „mortuus est"). Porro: a. 1325. Եթովպացւոց Ասերէս „Aethiopum Ascres" (pro „Ameres") pro Ամերէս „Aseres" (Ameres). a. 1345. Լիբէացիք ամս ՂԶ „Libyes ann. XCVI" pro Ղիբէացիք „Libycs". Contra deest in cod. a. 1358. և Ալկմէոն ճանաչէր i. e. „et Alcmaeon cognoscebatur", quod hieros. cxbibet.

Iam vero videamus, qnid ex bac textuum comparatione colligendum sit.

1) Vidimus, nonnullos errores scriptoris codicis recentioris nonnisi e scriptura minuscula (quae dicitur rotunda), alios tantum e scriptura maiuscula repetendos csse. IIinc apparet, cum ex alio profectum csse, qui scriptura minuscula exaratus crat, bunc vero aut directe aut alio interveniente e codice scriptura maiuscula scripto profluxisse.

2) Quum in multis cum hicrosolymitano conveniat, in aliis vero ab co discedat, sequitur illum, bierosolymitanum, neque patrem ut ita dicam neque avum, sed fratrem eius natu maiorem vel patruelem dici posse.

Nuperrime tandem e catalogo bibliothecae in monasterio maximo Etschmiadzin asservatae, qui Tiflide 1865 fol. lucem vidit, edoctus sum, ibi etiam exstare exemplar librorum Eusebii chronicorum,

cf. l. l. p. 187 No. 1684, ubi baec leguntur: պատմութիւն ժամանակագրական որ և քրոնիկոն. քառածալ բոլորագիր գրեալ ՚ի մագաղաթի ՚ի թուին Հայոց ՌՃԽԴ 1695. չունի յիշատակարան, բայց միայն ցանկ։ i. e. „Historia cbronographica, quae et chronicon (dicitur), forma quaterna scriptura rotunda scripta in membrana anno 1144 (aer. Arm. p. Chr. 1695). Postscriptum non babet, sed tantum indicem". 2 Voll.

Versionem armeniacam saeculo post Christum quinto factam esse e graeco archetypo, quod tam accurate reddat, ut loci eius deficientes facile ex bac versione restitui possint, unanimi consensu dicuut Armeniorum viri docti, atque itidem editores Zohrab et Aucber, qui boc quidem tanquam rem ab omni parte certam proponunt, illud vero testimoniis priorum saeculorum usque ad saeculum quintum allatis probare student et vere probant. Zohrab tantummodo in Praef. p. XIX, postquam nonnulla exempla vocum graecarum ab Armenio male intellectarum protulit, dicit: „Quum igitur armeniaci interpretis laudes itemque vitia e graeci praesertim exemplaris comparatione innotescant, quum haicana eius dictio bellenismis abundet, quum denique in hoc interprete nibil praeter graecae linguae vestigia et quasi reliquias ac formas reperias, sequitur ut Chronicon eusebianum baud aliunde quam e Graecia in Armeniam transierit." Deinde vero ibidem haec addit: „Armeniaca libri alterius (Canonis) interpretatio, quantum ea nobis quidem videtur, pluribus adhuc reprebensionibus obnoxia est. Quin nos mendorum hac copia permoti dubitavimus aliquando, num forte alterius libri explicatio parentem babuerit alium bominem, qui vel graece paulo minus sciverit, vel certe e deteriore exemplari interpretatus sit. Illud augebat dubitationem, quod baicana ipsa constructio videbatur interdum a prioris libri praestantia quodammodo desciscere. Sed utcunque sunt ista antiquitus perpetrata, plane optandum est, ut quisque bonus ac prudens lector multa eiusmodi vitia (quantum veritas aequitasve patitur) in amanuensium potius incuriam, quam in inscitiam interpretis conferenda arbitretur." In nota ad h. l. enumerat 45 locos, qui errores interpretis contineant, aut innuant, aliam eum lectionem ante oculos habuisse, vel perperam legisse. Licet in his virum doctum saepius errasse dixerim, et non credam, interpretem e. g. a. Abr. 869 legisse θάνατος pro καθόδους, aut a. 2262 ἐκλήθη pro ἐκαύθη, id tamen lubenter ei concedo, stilum buius partis libri varium ac diversum nominandum esse. Sed, qnum minime existimare possim, unum eundemque interpretem modo bene modo male vertisse ac scripsisse: hoc unum superest, ut statuamus varias variorum, ac duas certe interpretationes in textu nostro esse coniunctas; atque, quum interpretes armenii, praesertim qui aurea illa litteraturae Armeniorum aetate vixerunt, quatenus bucusque cognitum est, semper studuerint, versiones suas quam accuratissime archetypis accommodare, linguaeque armeniacae indoles ita comparata sit, ut omne scripturae genus exprimere possit: non absonum erit coniicere hanc versionem, quae varium stilum prae se fert, partim e graeca, partim ex alia lingua esse profectam. Haec autem non alia esse potuit, quam syriaca, qnoniam Syri praeter Graecos et Romanos fere soli tunc temporis erant christiani, iique Armeniorum vicini, quorum lingua multis Armeniis cognita erat, et quorum scholae celebres, quae Nisibi et Edessae florebant, litterarum studio excellebant, et prae caeteris a discipulis Sahaci et Mesropi frequentabantur. Iam vero libros Eusebii chronicos a compluribus Syris doctis diversis temporibus in ipsorum linguam vernaculam esse translatos iam Zobrab et Angelus Maius in Praef. l. l. p. XX ex Assemani bibliotbeca Orientali probarunt. Reperta autem sunt bucusque duo exemplaria versionum canonis eusebiani syriacarum, quarum alterum e cod. bodlei. in libro „*Eichhorn's Repertorium für bibl. u. morgenl. Litteratur*" Th. XI p. 273 sqq. Brunsius germanice, alterum e cod. Londinensi amic. Roediger ad calcem buius editionis latine versum publicavit; sed utrumque nonnisi fragmenta textus Eusebii continet, atque in illo quidem unum tantummodo locum repperi, qui conveniret cum Armenio, anno enim Abr. 2123 nterque vertit „inqnirendos esse cbristianos" contra Syncellum et Syrum Roedigeri, hic vero a. Abr. 2121 lectionem Armenii մնէսիա, ut infra videbimus, mirifice explicat.

Sed videamus, num vere indicia duarum versionum, quarum altera e graeco, altera e syriaco arcbetypo facta sit, in boo libro reperiantur.

Quodsi nomina propria respicimns, animadvertimus, in maiore parte eorum litteras vocales recte esse servatas, quas Syri, qui illo tempore vocalium signis carebant, accurate exprimere non poterant: cf. զևս „Zeus", եւրոպէ „Europe", էգեւս „Aegeus", եւպատոր „Eupatôr", էգիալեւս „Aegialeus", սելևկոս „Seleucus." Immo casuum etiam formae retentae sunt: cf. a. Abr. 481. դիդաս „Didas" pro Διάδας. a. 718. դելփիս „Delphis" pro Δελφοῖς. a. 844. ալբան „Alban" pro Ἄλβαν. a. 1447. յելլադա „bellada" pro εἰς Ἑλλάδα, adeoque falso a. 667. փրիքսոնեայ իրքն i. e. „Pbrixonis res", ubi graece legitur „τὰ κατὰ Φρίξον" et a. 854. յետ եգիսթոնի „bet Egisthoni" pro μετὰ Αἴγισθον.

E contrario errata haud pauca in scriptione nominum propriorum, si quid video, nonnisi e lingua syriaca explicari possunt, ubi litterae vocales aut plane non aut ratione certe imperfecta exprimebantur, et consonantes nonnullae facile inter se permutabantur. Hinc legitur e. g. որթոպաւղիս „Orthopaulis" pro Ὀρθόπολις, vice versa կանդոլէս „Candoles" pro Κανδαύλης, porro փերէկղոս „Pherēclus" pro Φερεκλῆς et բուսիրոս „Busirus" a. 561. pro Βουσίρις. a. 1545. սոփոկղէս „Sophocles", sed a. 1548. սոփէկղէս „Sophecles". a. 705. թիեստէս „Thiestes" sed a. 814. թուէստէս „Thuestes". a. 1600. տիսափրենէս „Tisaphrenes" pro „Tisaphernes". սիկոն „Sicon" constanter pro „Sicyon". թովրիս „Thôris" pro „Thuôris". a. 1255. արդոս „Ardus" pro „Aradus" etc. etc. dein քաղկեդոն „Chalcedon" a. 977 etc. pro կարքեդոն „Carchedon" e similitudine litterarum syr. ܟ „ch" et ܟ „k", uti նեքեփսովս „Nechepsôs" pro Νεχεψος; tum նիփայ „Nipha" pro Νύμφης cf. ܢܝܦܐ et ܢܡܦܐ. փսանէանթէս „Psanēanthes" pro Ψαμμοῦθις cf. ܦܣܡܘܬܝܣ et ܦܣܡܢܬܝܣ etc. Denique illae etiam formae casuum graecorum e syriaca versione in armeniacam transire poterant, id quod praesertim e voce laudata դիդաս „Didas" pro Διάδας elucet. Ita quaeritur, an translatio vocis Δακτύλοι (N. pr.) a. 597 in versione arm. մատունքն i. e. „digiti" e graeco textu, an e syriaco repetenda sit.

At voces compositae, quas lingua syriaca respuit, sine dubio ex maxima certe parte originem graecam indicant, quales sunt այլազգեցիք i. e. ἀλλόφυλοι a. 572 et saepius — ոսկեգեղմն i. e. χρυσόμαλλος a. 635 — աստղագէտ i. e. ἀστρολογος a. 347 — ամենատես i. e. πάνοπτος a. 427 — գլխատեաց i. e. ἐκαρατόμησε a. 669. (sed cf. a. 2084 ubi eadem vox composita գլխատեցաւ in forma passiva legitur pro graeco: τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη) et ibid. քարանալ i. e. ἀπολιθοῦσθαι — ծովակալէր i. e. ἐθαλασσοκράτει a. 764 — երկրածին i. e. γηγενής a. 771 — աստուածանշանք i. e. θεοσημεῖαι a. 2111 etc. — Item verborum collocatio, singularis usus Participiorum aliaque similia, qualia occurrunt a. 562. 1770. 1991. 2113. 2149. 2151 etc. graecam originem redolent.

Denique incidimus hic illic in errata interpretis armenii, quae e falsa lectione graeci textus repetenda sunt. Ita scribit ad a. 669. զգորգոնան գլխատեաց. և ինքն այլ կին գեղեցիկ արար։ i. e. „Gorgonam decollavit, et ipse aliam uxorem pulchram fecit (duxit)", quorum loco Syncellus exhibet: Τὴν δὲ Γοργόνα ἐκαρατόμησεν ἑταίραν εὔμορφον. Armenius, qui legit ἑτέραν pro ἑταίραν, sententiam abruptam opinatus explevit. a. 618 in graeco legimus: Κόρης ἁρπαγὴ Περσεφόνης, ubi ultima vox additamentum est otiosum. Armenius: աղջկան յափշտակութեան իրք i. e. „puellae raptus res", quae ad analogiam aliorum locorum respondent graecis: τὰ κατὰ τὴν Κόρης ἁρπαγήν. Interpres vocem Κόρη ut nomen appellativum vertit, at Syrus Rödigeri rectius pro nom. pr. habuit. a. 881. legitur ոթինէոս „Othineus" pro ὁ Θιναῖος et a. 1520. ոպիրէոս „Opireus" pro ὁ Πειραιεύς, ubi articulum pro littera initiali accepit. Similiter a. 1587. verba graeca Ἀθηναίους ἔπεισεν ὁ λιμός (al. ὁ λοιμός) vertit: ողոմիոս զաթենացիս համոզեաց։ i. e. Olomius Atheniensibus persuadit; legit igitur Ὀλόμιος pro ὁ λοιμος et ἔπεισιν pro ἔπεισεν. — a. 1484. scribit Armenius սիղոս որոց i. e. „Silus (Sylus) quorum" pro Συλοσῶν, quam vocem diremit in Σύλος ὧν. a. 1498. լէենա ազգի նոցին i. e. Lêêna, (Leaena) amica eorum" pro Λέαινα ἡ ἑταίρα ὑπ' αὐτῶν. omissa sc. praepositione. a. 1406. ի ստենարոն i. e. „in Stênaron" pro εἰς Ταίναρον, legit nempe Σταίναρον. — a. 1425. բաց ի փիւնիկեցւոց i. e. „praeter phoenicias" sc. leges, quia legit int. πλὴν τῶν φοινικῶν sc. νόμων pro φοινικῶν. — a. 1514 et 1561. Հերակղիտոս կերտինացի „Heraclitus Certinensis" pro Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός; articulum enim cum σ initiali ob syllabam finalem vocis Ἡράκλειτος interpres omisit, atque pro O legit P, unde vocem pro nomine gentili habuit etc. etc.

Sed quid impedit, quominus haec fere omnia iam a syro interprete peccata, et hinc in armeniacam versionem translata esse arbitremur? Ac re vera quidem hoc in nonnullis exemplis statuendum videtur. Armenius enim, si e graeco vertisset, e. g. non scripsisset ոթինէոս pro ὁ Θιναῖος, sed ոթինէա, neque ոպիրէոս pro ὁ πειραιεύς, sed պիրէաս, neque ի պղատիէս pro ἐν πλαταιαῖς a. 1538, sed ի պղատէա. Hinc accedit, quod loci haud pauci in versione nostra reperiuntur, quorum menda vel tantum vel melius ac facilius e syriaco archetypo explicari possunt; atque etiam structurae verborum, quales occurrunt e. g. a. 1984. 2079. 2149. 2177 etc. etc. syriacam indolem prae se ferunt. Praeterea conferantur loci sequentes:

a. Abr. 618. որոյ էր շուն մի յաղթանդամ կերբերոս, զոր պերիթոս յետոյ սպան i. e. „cuius erat canis immanis (ad verbum „validis membris praeditus"), quem Perinthus postea interfecit", Sync. contra; ὃς εἶχε κύνα παμμεγέθη τὸν λεγόμενον Κέρβερον, ὃ τὸν Πειρίθουν ὕστερον διεχρήσατο. Armenius videtur legisse syr.: ܕܩܛܠܗ ܗܘ ܠܗ ܦܝܪܝܬܘܣ pro ܕܩܛܠܗ ܗܘ ܠܦܝܪܝܬܘܣ.

a. 607. և ի դանայեայ i. e. „et a Danae" pro καὶ τὰ περὶ Δανάην, quia Arm. legit ܐܦ ܡܢ ܕܢܐܝ pro ܐܦ ܕܥܠ ܕܢܐܝ.

a. 657. առասպելքն քերթողին i. e. „fabulae poetici"; graece legitur ὁ μῦθος, sed Syrus videtur legisse οἱ μῦθοι ποιητικοί, et posteriorem vocem reddidisse ܦܘܝܛܩܐ, quod Armenius pro Gen. Sing. habuit.

a. 813. 'ի վերայ դեդեղայ i. e. „supra s. contra Daedalum"; Sync. διὰ Δαίδαλον. Syrus vertit ܥܠ ܕܝܕܠܘܣ et Armenius praepositione ܥܠ, quae tam „supra" s. „contra", quam „propter" significat, deceptus est.

a. 857. Պիւռոս յՈրեստեայ յադ սպանանի՝ յապողոնի մեհենին, մատնեալ 'ի քերէ քրմէ i. e. „Pyrrus ab Oreste had (e. iad) occiditur in Apolonis templo, proditus a Chero sacerdote". Sync. Ὀρέστης Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέως ἀναιρεῖ ἐν Δελφοῖς εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν παραδοθέντα ὑπὸ Μαχαιρέως τοῦ ἱερέως. Hieron. „Pyrrus Delfis in templo Apollinis ab Oreste occiditur proditione sacerdotis Macherei". Quid sibi velit յադ „had" s. „iad" haud facile est intellectu. Zohrab vertit „Argis", et in nota ad h. l. dicit: „Ita in margine cod. arm. At in textu *Atis*". Sed pro „Atis" scribendum est „Adis", atque in margine apographi ut codicis non legitur „Argis", sed simpliciter իս „is" e coniectura, arbitror, aut interpretis ipsius aut librarii, qui in voce յադ nomen loci subesse putans terminationem graecam εις, arm. իս addendam censuit. Equidem dixerim, hoc e syriaco explicandum esse, ubi scriptum erat ܡܢ ܐܘܪܣܛܝܣ „ab Oreste", praepositioni ܡܢ vero postea superscriptum ܒܐܝܕ „bejad" i. e. „per manum", Armenius vero facillima mutatione opinans scriptum esse ܒܥܕ „be'ad" pro ܒܐܝܕ „bejad" locum innui suspicatus est, et textui inseruit. Ita et „a Chero" pro „a Machereo" facile explicatur, si dicimus Armenium legisse ܡܢ ܟܗܪܘܣ pro ܡܢ ܡܟܗܪܘܣ neglecta altera littera ܡ „m".

a. 2121. vox Մենէսիայ „Mênêsia", quae sensu caret, non e graeco μὲν Ἀσίας, quia, hoc si statuamus, scribendum esset Մենասիայ „Menasia", sed e syr. ܡܢ ܐܣܝܐ „ex Asia" explicanda est, quod, quum textus syr. vocalibus adhuc litteris careret, tam „Manesia" quam „Menasia" et „Menesia" pronunciari poterat.

a. 2261. Թէատրոն պոմպէսի կոչեցաւ i. e. „theatrum Pompesi (Pompeii) vocatum est." — sine sensu, Hieron. procul dubio recte: „theatrum Pompeii incensum". Zohrab et Aucher putant, Armenium ex errore legisse ἐκλήθη pro ἐκαύθη, sed simplicius est errorem repetere e syriaco archetypo, in quo scriptum erat ܐܬܝܩܕ vel ܐܬܩܕܝ (ܐܬܩܕ), cuius loco Arm. legit ܐܬܩܪܝ.

Denique commemoro locum a. 1486, ubi Հրէիցն „Iudaeorum" pro յուդիթայ „Iuditbae" legitur, qui ideo memoratu dignus est, quod et in prooemio libri biblici Iudith, saeculo quinto, ut communis Armeniorum traditio est, scripto, iisdem verbis eodemque errore citatur, et, quum nonnisi e syriaco ܝܗܘܕܝܐ „Iudaeorum" pro ܝܗܘܕܝܬ „Iudithae" repeti possit, antiquissimum syriacae libri nostri interpretationis est testimonium.

Ceterum animadvertimus etiam alia plurium interpretum indicia, quia quaedam voces varia ratione redduntur. Sic in plurimis locis retinetur nomen „Zeus", in nonnullis vero etiam reperitur „Aramazd" i. e. Ormuzd. cf. a. 519. 764. 1850. — Porro φυσικός eadem voce cf. a. 1540. 1560 etc. reddi solet, nempe ֆիւսիկեան „physcean", alibi vero cf. a. 1479. 1483 eius loco scribitur բնաբանն. Sed prae caeteris notabilis est interpretatio vocis θριαμβεύειν, quae a. 2009 redditur Նշաւակել, ut in N. T. Col. 2, 15, sed a. 2182. Եկանել 'ի Հանդէս et a. 2194. կատարել զԹրիամբեան Հանդէսն, alibi vero, ut a. 1990. 2117 etc. Յաղթել.

Quae quum ita sint, merito, arbitror, colligimus, textum armeniacum, qualem in manibus habemus, ostendere varios, certe duos auctores et saeculi quidem quinti utrumque, quorum alter ex ipso graeco archetypo, alter vero e syriaca versione in linguam vernaculam transtulerit; unum enim eundemque modo e graeco, modo e syriaco vertisse in tanta orationis varietate nemo facile credet, praesertim quum hi interpretes aetate tam prope accederent ad ipsum Eusebium. Uterque, ut duos tantum fuisse ponamus, interpres quam accuratissime textum, quem ante oculos habebat, reddidit, et tantummodo, ubi peregrinam vocem in textum recepit, significationem eius ipse addidit. cf. a. 400. 479. 601. 711. 1428.

De tempore, quo ex utraque versione contaminatum sit id quod tenemus opus, nihil quidem certi definiri potest; sed quum eiusmodi consarcinatio locum habere non soleat, nisi ubi integra exemplaria desunt, longum temporis intervallum inter versionum conscriptionem et contaminationem earum intercessisse probabile est. Saeculum vero quintum secuta sunt tempora admodum turbulenta, quae cum ipsam Armeniam vastarent, libros quoque disiiciebant et pessumdabant, et homines ab omni litterarum studio abducebant. Saeculo demum septimo et octavo litterae denuo effloruerunt, quo fere tempore compilationem illam factam esse dixerim.

Restat, ut pauca de hac nostra huius versionis editione addam.

Iam supra monui plerumque me secutum esse versionem Aucheri, quam ubi a textu recedere viderem, ei, quantum poteram accommodavi. In notis autem componere placuit quaecunque in versionibus diversitates exstant, modo ad sententiam pertineant, item codicum varias lectiones. Significavi autem codicem hierosolymitanum littera *G*, codicem a Rev. D. S. S. Th. P. Nersete Venetias delatum littera *N*, textum editionis Aucheri littera *E*, versionem Aucheri littera *A*, Zohrabi vero littera *Z*.

In nominibus propriis scripturam Armeniorum servavi; sed in prima operis parte interdum peccavi scribens „Aegyptus, Babylon, Aethiopia" etc., nec recte pro nominibus deorum graecis ubique latina posui. Denique quasdam lectiones omisi, quas una cum erratis iam addo.

a. 361. l. „Mispharmuthosis" ibid. in pericope ad h. a. l. „filiorum suorum". a. 378. Atlas etc. add. „haec ad a. 376. *Z*." — a. 405. Aethiopes etc. notetur: „Ethyôpes *GE*. Ethopes *N*. ad a. 403 *N*. ad a. 404. *Z*." — p. 24. not. 1. l. „XXXV *NG*. XXXVII *EA*. ibid. not. 2. „sparethus *EA*." — a. 470. Curetes etc. „ad a. 469. *NGZ*". a. 481. Cecrops etc. „ad a. 482. *NGZ*. ibid. Chald. etc. „ad a. 483. *Z*. ibid. Ab Eleno etc. „ad a. 485. *Z*. — a. 508. Hercules etc. „ad a. 507. *NGZ*." ibid. Vitis etc. „ad a. 509. *NG*." — a. 511. Caranus etc. in fine deleatur alterum „est". — a. 513. Apud Cret. etc. „ad a. 514. *Z*. — a. 545. l. „usque ad huno" pro „hucusque", ac verba „Non est credibile" iungenda cum praecedentibus. — a. 567. Cum Europa etc. „ad a. 568. *NG*. ad a. 566. *E*. — a. 572. Post etc. „ad a. 573. *Z*. — a. 587. Cadmus etc. reponendum ad a. 588. — a. 617. Puellae etc. reponendum ad a. 618. et in nota marg. scribendum „atthidis *AZ*. a thipio (littera „n" ex coniectura superscripta) *NG*. atthipio *E*." a. 618. „ad a. 619". — a. 627. Erechthei etc. „ad a. 628. *NG*. — a. 632. „ad a. 633. *Z*." — a. 668. Pelops etc. „ad a. 667. *Z*." — a. 718. Qui autem etc. coniungenda sunt cum praecedentibus, et in nota 3 ad h. l. legendum „arr oskin" pro „oskin arr". — a. 735. pro „Dadali" l. „Dêdali s. Daedali". — a. 743. in nota ad „Argivorum" l. „Argonautarum". — a. 751. Linus etc. add. not. „ad a. 750. *NZ*." — a. 755. l. „Mecinensibus" et add. „ad a. 753. *Z*." — a. 760. l. „Argi". — a. 762. Sphindam etc. „ad a. 761. *Z*." — a. 772. Thamiris etc. „ad a. 771. *Z*." — a. 775. De Hidra etc. „ad a. 776. *Z*. — a. 779. Centaur. etc. „ad a. 778. *Z*." — ibid. Priamus etc. „ad a. 780. *Z*." — a. 783. Septem etc. „ad a. 785. *Z*." — a. 791. Minotori etc. „ad a. 790. *NGE*. ad a. 787. *Z*." — a. 803. Theseus etc. „ad a. 804. *Z*." — a. 824. l. „Lacedomne M. regnavit" et repon. ad 823. — a. 825. Egiptii not. l. „aegyptii". — a. 847. Odisei etc. „ad a. 846. *Z*." — a. 864. not. ad verba „omissa sunt" add. „sed addita in fine libri inter *Errata*". — a. 1166. not. l. „carchedon" pro „corchedon". — a. 1273. l. „Aesemides". — a. 1308. l. „Medis primus". — a. 1311. Nicomida etc. „ad a. 1310. *Z*." — a. 1362. „ad a. 1363. *Z*." qui in nota ad h. l. falso dicit: „in cod. Strantia". — a. 1376. Tullus etc. ad a. 1375. repon. — a. 1418. Camarina etc. not. „Camarina" in textu, sed „t" supra „m" posito indicatur legendum (fortasse) „Catarina". *N*. — a. 1476. Phericides etc. l. „Pithagorae cognoscebatur". — a. 1486. Cambyses etc. l. „contigerit" pro „scripta". — a. 1552. Res etc. l. „Murthebaei". — a. 1660. Alexander etc. l. „Olimpiadis". — a. 1680. Alexander Tyrum etc. interpunctione mutata sic etiam verti potest: „Alex. — et Iudaeam cepit ab Iudaeis, honorans (glorificans s. honoratus) obtulit sacrificia Deo" etc. — a. 1841. Antiochus etc. not. l. „wor iet" et „wor iev"— a. 1850. Antiochus etc. pro „violabat" melius „corrumpebat s. evertebat" i. e. evertere studebat. — a. 1914. Caius etc. l. „et Ciprios". — a. 2110. Quartus etc. „ad a. 2111. *Z*." — a. 2125. Galatarum etc. „ad a. 2126. *Z*. — a. 2130. Romanorum etc. „ad a. 2128. *N*." ibid. Terrae motus etc. „ad a. 2129. *NZ*. — a. 2148. Alexandrinorum etc. „ad a. 2147. *N*."

Haec et si qua praeterea oculorum aciem fugerunt, lectores benevoli velim corrigant.

AEMILI RŒDIGERI DE EPITOME SYRIA PRAEFATIO.

Quae pag. 203—219 legitur Epitome Syria, sumpta est e codice Musei Britannici MS. membran., Additorum numero 14643, quo continetur chronicon opus syrium a mundo condito usque ad annum p. Chr. n. 636 perductum et appendice auctum, in qua Muhammedis successorum sive Chaliphaurm series proposita ad annum 724 decurrit.[1] Ab initio hic codex mutilus est, nec praefatio adest nec subscriptio, unde nomen auctoris aetasve librarii cognosci possit. Iam cum appendix illa ab librario addita esse videatur, hunc saeculo octavo vixisse facile dixeris, id quod litterarum ductibus, qui in codice conspiciuntur, adfatim comprobatur: tales enim sunt, quales illo tempore pingi solebant.[2] Ipsius autem auctoris aetatem fere indicat annus p. Chr. n. 636, in quo eius narratio subsistit. Probabile igitur est, seculo septimo eum vixisse.

om. P *in paginae margine inferiore add.* P[1] | melanius ABP | *nobilissima mulierum, quae litteris inclinatis expressi, in litura* B | et *om.* AP | hierusolimam B | thecle A theclae P | acciperit B acceperet A acciperet A[1]P.

g. Post Auxenti seram mortem, Mediolanii Ambrosio episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.

auxentii P auxentis P, *corr.* P[1] | lambrosio B | omnes B | ita A | conuertetur B.

h. Aquileienses clerici quasi chorus beatorum habentur.

quileienses A.

i. Quia superiori anno Sarmatae Pannonias uastauerant idem consules permansere.

qui A | uastauerat P | idem — permansere *om.* A.

k. Valentinianus subita sanguinis eruptione quod Graece apoplexis uocatur Brigitione moritur. Post quem Gratianus adsumpto in imperium Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat.

greco BP | apopexis P, *corr.* P[1]. brigitio P | gratianos B | assumpto P | inperium A.

l. Multi monachorum Nitriae per tribunos et milites caesi.

tribonos P, *corr.* P[1].

m. Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici.

interfeci A.

n. Theodosius Theodosii postea imperatoris pater et plurimi nobilium occisi.

theodosi P | imperatores B, *corr.* B[1].

o. Fotinus in Galatia moritur. a quo Fotinianorum dogma iudaicum.

iudiacum P, *corr.* P[2] | *in margine* fontiniaca heresis exorta P.

p. Basilius Caesariensis episcopus Cappadociae clarus habetur.

cappadocia B | qui multa continentiae et ingenii bona uno superbiae malo perdidit *in contextu add.* P, *in margine* P | *post p. uirgulam duarum linearum et dimidiae litura* B.

q. Alamannorum XXX circiter milia aput Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata.

milio A | apud P | argentaria B.

r. Florentinus Bonosus et Rufinus insignes monachi habentur. e quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, ut uulgo pater pauperum nominatus sit.

r. et s. sedes inter se mutauit P. egentis A.

s. Gens Hunorum Gothos uastat. qui a Romanis sine armorum depositione suscepti per auaritiam Maximi ducis famo ad rebellandum coacti sunt.

hunnorum APP.

t. Superatis in congressione Romanis Gothi funduntur in Thracia.

in *om.* AP | trachia P.

u. Valens de Antiochia exire conpulsus sera paenitentia nostros de exilio reuocat.

anthiocia P | compulsus P | poenitentia P | exiliis AP exsilio P.

[1] *pro* XIII *exhibet* XII A, XIIII B | *pro* XIIII *scribit* XV B, *cum* P *reliquam Hieronymiani operis partem quam ceteri libri tribus* CCLXXXVIIII *Olympiadis annis adscribant, primo tantum eiusdem Olympiadis anno tribuat. quem annum librarii errore non* XIII *sed* XIIII *scriptum esse indicaui pag.* 197 *not.* 1.

A. Abr. | Rom. | Romanorum Consulum.

2395 15[1] a

a. Lacrimabile bellum in Thracia. in quo deserente equitum praesidio Romanae legiones a Gothis ciuctae usque ad internecionem caesae sunt. Ipse imperator Valens, cum sagitta saucius fugeret et ob dolorem nimium saepe equo laberetur ad cuiusdam uillulae casam deportatus est. Quo persequentibus barbaris et incensa domo sepultura quoquo caruit.

tracia u trachiam r | deserentem u, *corr.* u[1] | legionis A, *corr.* A[1] | caeni r.
fugiret A | dorem A, *corr.* A[1].
uillolae u, *corr.* u[2] | casam *om.* r casa p caesam A, *corr.* A[1].

Ab urbe condita usque ad extremum huius operis annum fiunt anni MCXXXI:

ab urbe — caesaribus anni CCCCXXIIII *in margine scriptum, prope Valentis ann.* XV *in* u, *ad Valentis ann.* XIIII *in* r, *coniuncta cum sequentibus in extrema totius libri pagina, interposito Prosperi fragmento in undecim foliis exarato* r | fiunt anni: CCCXXXI u mille CXCVII r.

Hoc modo
Sub regibus anni CCXL.
Sub consulibus anni CCCCLXIIII.
Sub augustis et caesaribus anni CCCCXXIIII.

annis A.
CCCLXIIII AF.
DXXVI A CCCCXXXVII r CCCCXCIIII r.

Colleguntur omnes anni
usque in consulatum Valentis ter et Valentiniani iunioris iterum Augg.

colliguntur AFF.
usque ad A | consolatum AB | ter *om.* r VI A | augusti AP | r *ex suo computo sic mutauit titulum* ... consulatum theodosi iunioris XVIII et ualentiniani iunioris placidiae filii VI augustorum.

A XV Tiberii anno et praedicatione dn̄i nostri IHU XPI anni CCCLI.
A secundo anno Darii regis Persarum quo tempore templum Hierusolymis instauratum est anni DCCCXCVIIII.
Ab Olympiade prima qua aetate aput Hebraeos Esaias profetabat anni mille CLV.
A Solomone et prima aedificatione templi anni mille CCCCXI.
A captiuitate Troiae quo tempore Sampson aput Hebraeos erat anni mille DLXI.
A Moyse et Cecrope primo rege Atticae anni mille DCCCCXC.
Ab Abraham et regno Nini et Semiramidis anni $\overline{II}$. CCCXCV.
Continet omnis canon ab Abraham usque ad tempus suprascribtum ann. $\overline{II}$. CCCXCV.
A diluuio autem usque ad Abraham supputantur anni DCCCCXLII.
Et ab Adam usque ad diluuium anni $\overline{II}$. CCXLII.
Fiunt ab Adam usque ad XIIII Valentis annum id est usque ad consulatum eius III et Valentiniani iterum omnes anni $\overline{V}$. DLXXVIIII.

tyberii r.
CCCXVII r.
DCCCXCVIIII *neglecta peculiaris computationis ratione* r.
olympiadae r | apud r.
esaias u isaias A | *post* CLV *litura* B.
salomone AFF.
anni CCCCXI r, ĪCCCCXI r[2] añ. CCCCXV r.
sampsou A samson PF.
apud r | hebreos r | mille DLX r.
mose AP moysen r.
ĪDCCCXC r, *corr.* r[2] | ann. CCCXXX r.
om. r.
$\overline{II}$. CCCXV B.
omnes u | ab *om.* B.
suprascriptum AFF | anni ABP.
autem *om.* PF | subputantur r.
DCCCCXLV r.
adque ad A | consolatum B, *corr.* B[2] | VI ABP.
quae r *ita* exhibet: fiunt ab adam usque in consulatum theodosi iunioris XVIII et ualentiniani placidiae filii iunioris sexies omnes anni nume $\overline{V}$ milia DCXLV.
denique postremis Hieronymi uerbis et ad (*corr.* ab) XIIII ann. ualentiniani qui ualentis usque hodie Ind. XII (*Scal. corr.* XV) die kal. marcias imp. heraclio sunt anni CCXLVIII. fiunt omnes anni ab adam usque hic .$\overline{V}$. DCCCXXIIII *subiunguntur in* B.

[1] *cum iam antea pro* XIIII *scripserit* XV, *hunc numerum omittit, et* a. *uirgulam cum paginae praecedentis* u. *uirgula anno* XV *adscribit* B. *cf. pag.* 198 *not.* 1.

EPITOME SYRIA

EX EVSEBI CHRONICORVM CANONVM LIBRO DEPROMTA.

Eusebi Praefatio
pag. 4, 22 Iam uero collegi omnia tempora, et posui eorum numerum, unum ex aduerso alterius, et (hoc modo) hic Canon conscriptus est. Et repperi inter Hebraeos diuersas (sibi contrarias) temporum descriptiones, et non selegi mihi (quod) copiosum (esset eius generis), seposito manco (eo quod esset mancum). Atque ita agens repperi, tempore Inachi illius qui primus Argis imperaret extitisse Iacobum, principem Hebraeorum, a quo (ortae sunt) duodecim tribus
5, 5 Israelis, et tempore Semiramis extitisse Abrahamum ex gente Chaldaeorum, qui diligebatur a Deo et credebatur esse propheta, et ut uerum dicam, apparere Mosen, his quidem iuniorem (posteriorem), antiquiorem (superiorem) esse illis omnibus qui antiqui putantur apud Graecos, Homero, dico, et Hesiodo et (superiorem) tempore Ilii et multo antiquiorem Heracle et Musaeo et Lino et CHRIVN [*Χείρων*] et ORḲVS [*Ὀρφεύς*] et Dioscuris et Asklepio et Dionyso et omnibus filiis deorum et Hermete et Apolline ceterisque diis Graecorum et arcanis eorum et cultibus eorum, et antiquiorem etiam gestis a Ioue rebus illis quas Graeci narrant. Nam omnem harum rerum historiam Graeci (ipsi) dicunt (tempore) posteriorem esse Çeçrope, Moses autem, ut (nos quidem) inuestiganimus in hac temporum disquisitione, tempore illius Çeçropis *διφυέος* extitit, qui primus regnauit in Attica, 350 annis ante actionem Iliacam. —
5, 25 Apparet autem id quod dico uerum esse hac ratione. Iam cum sibi respondeant tempora Augusti, Romanorum imperatoris et aduentus Domini nostri et initii praedicationis eius, quae facta est anno 15° regni Tiberii, si quis uelit colligere (supputare) tempora abhinc usque ad annum 2um regni Darii, cuius diebus templum Hierosolymitanum post Chaldaeorum destructionem instauratum est, inueniet, a Tiberio usque ad Darii annum 2um absolui annos 48 [*leg. 548*]. Quoniam uero (ab) anno Darii 2do ad destructionem templi Hierosolymitani compleantur anni 70, ut est in historia Hebraeorum, et deinde, si quis retro perquirat tempus reperiet annos a 2° Darii anno usque ad Olympiadem primam colligi 256, qui sunt Olympiades 64 .... [*sic*], porro
6, 5 etiam in numero Hebraeorum si perquisiueris (tempus) ab anno altero uastationis templi usque ad annum 50mum Vsiae regis, cuius diebus uaticinabantur Esaias et Hoseas ceterique prophetae, reperietur hic (idem) numerus annorum:
6, 10 ut Olympias prima sit tempore Esaiae eiusque sociorum [*lacuna*]. Nam ab
6, 33 anno 45° Çeçropis usque ad uastationem Ilii sunt anni 330 [*sic*], et ab 80° Mosis anno et exodo Israelis usque ad Labronem [*sic*] et Šimšonem qui extiterunt diebus uastationis Ilii, consummatur idem hic numerus. Itaque siue dubio Moses extitit in diebus Çeçropis illius, qui primus regnauit Athenis. Et apparuit oliua in Acropoli diebus eius. Et appellatum (datum) est ipsum hoc nomen *ΑΘΝC*

Eusebi Praefatio
7, 1 urbi. De isto autem Çecrope (haec) dicunt: Hic ipse inuenit nomen DIVS [*Διός*], isque fecit simularum *'Αθήνης*, isque primus statuit aras [*sic*], quae adhuc non inueniebantur inter Graecos; et uero etiam ceteras res miras quae reperiuntur inter eos, patet post huius tempus (demum) extitisse. Atque uti
7, 10 posteriores sunt huius (Cecropis) aetate, ita Mosis quoque. Etenim post Çecropem fuit diluuium (illud) sub Deucalione [*uerbotinus* quod in diebus Deucalionis, *et sic etiam in sequentibus*] et incendium sub Phaethonte, et partus Erichthonii, et Dardania aedificata a Dardano illo quem *Homerus* 'primum' uocat, et raptus *Κόρης*, Iouis filiae, et mysteria *τῆς Δήμητρος*, et descriptio (*sive* historia) arae (?) quae fuit Eleusine, et Triptolemi agricultura, et raptus Europae a Ioue (factus), et rex Tros ex quo erat Ganymedes qui raptus est a Diis. Et horum tempore fuit Tantalos et Tityos et ortus Apollinis ex concubitu Iouis cum LITV (Latona *Λήτω*), Cadmi aduentus (ad urbem) Thebas, et
7, 28 ortus Dionysi. Et hic reperitur Dionysos Çecrope posterior esse 200 annis, praeterea autem qui posteriores (sunt) quam hi, scripserunt. Linos et *ZVΘVS* (*Ζῆθος*), et A(m)phion et Musaeos et Orpheus nec non Minos et Perseus et Asclepios et Dioscuri et Heraçles. Locauere se Almeto (*ΑΛΜΗΤΩΙ* pro *ΑΔΜΗΤΩΙ*) Apollon et Heraçles. Post hos Ilii uastatio, eaque multo posterior Homeros. Et post hunc (demum) extiterunt Thales et Solon et reliqui (e) septem Sapientum (numero). Hic [*lacuna*] Sapientes Graecorum. Et tum post hos nominatur primus philosophorum Pythagoras, et post eum Socrates, [.....
8, 1 *Platon*], a quo initium cepere doctrinae philosophorum. Horum autem unius cuiusque tempora singulatim ipse hic Canon indicabit.

Hom. Il. Y, 215.

Syr. uerba corrupta.

lacuna siue septem *uocabulo siue uerbo aliquo finito explenda.*

8, 3 Patet autem Mosen his omnibus antiquiorem esse eo quod diebus Çecropis extitit. Ab exodo Israelis et anno 80° Mosis usque ad annum 1um uitae Abrahami consummantur anni 5 (*leg.* 505). Ab anno 45° Çecropis usque ad Ninum et Semiramin, qui primi regnabant in Assyria, consummatur hic idem
8, 10 numerus annorum. Dicunt enim hunc Ninum Beli filium tenuisse totam Asiam praeter Indos. Itaque apparet, Abrahamum horum temporibus extitisse, secundum historiam Hebraeorum. Ab Abrahamo usque ad diluuium magnum colliguntur anni *1081* secundum historiam Hebraeorum, a diluuio autem usque ad *Hieron. 942.*
8, 20; 9, 34 Adamum hominem primum 2242. — Consummati igitur anni omnes a Nino et Semiramide usque ad annum 15um regni Tiberii 2046 (*leg.* 2044), congruenter numero annorum qui (sunt) ab Abrahamo ad Tiberium. [*Hinc inde usque ad* anno 342° Alexandri *non Eusebiana*]. Et ab anno 15° Tiberii usque ad annum 24um Constantini uictoris sunt anni 300: ut conficiat totus numerus huius Canonis annos 2044 (*nonne* 2344?). Summa autem omnium annorum Canonum, nempe ab Abrahamo usque ad annum 20um Constantini sunt anni 2344, et ab Adamo usque ad diluuium anni 2242, omnes autem anni sunt 5526. In Hebraeo autem Iubileorum quod est annus (quisque) quinquagesimus (sunt) Iubilea 86, quae efficiunt in se annos 4300 (*immo* 4800). Summa autem omnium annorum qui (sunt) ab Adamo ad ascensum Domini nostri sunt 5522, ut numerus qui dicitur (esse) ab Adamo usque ad imperium Alexandri 5180 annorum. Et quod natus est Dominus noster anno 310° Alexandri, in coelum ascendit anno 342° Alexandri.

textus Syr. corr.

[*Hic intercalantur nonnulla quae manifesto non sunt Eusebiana.*]

A. Abr. Hieron. Initium temporum Canonum ab Abrahamo et Nino, rege Assyriorum, usque ad Annum 20um Constantini regis uictoris.

1 a. Regnum Nini regis Assyriorum qui regnauit annos 52. Anno 42 .... (*supplendum:* 43 natus est Abraham). *textus Syr. corr.*

1 e. Nini aedificauit (Ninus) Niuum urbem iu terra Assyria. Et Hebraei uocant eam Niueue.

11 a. Semiramis Nini uxor imperium Assyriorum tenuit annos 42. De ea narrationes multae uarrantur. Tenuit autem (illa) Asiam et muniuit tumulos propter inundationem. Et aedificauit (instaurauit) quoque Babylonem.

75 d. Abraham cum 70 annos natus esset, reuelatione Dei dignus habitus est et promissione quae ipsi facta est. *Hieron. 75.*

85 f. Anno 10° promissionis Ismael natus est ex eius concubina Hagar, ex qua fuit genus Ismaelitarum qui et Hagareni nominantur, qui et Tayitae (Arabes) nocantur.

100 a. Anno 100° uitae Abrahami natus est Isaacus. Et uixit Abrahamus postea annos 75.

160 d. Et Isaacus 60 annos natus genuit Iacobum et Esauum.

101 b. Abrahamo prophetarum primo Verbum Dei apparuit in forma hominis et uocationem gentium praedixit, quam nostro tempore uerbum (sermo) Christi ad finem perduxit per praedicationem doctrinae suae quae (fit) ad omnes gentes.

Tunc Abrahamus adduxit Isaacum unicum suum (filium) ad aram in monte Amoraeorum. Isaacus 10 annos natus ascendit in aram. *Syr.*

175 i. Annus 100us promissionis (fuit), quo mortuus est Abrahamus, omnis autem uita eius (fuit) 175 annorum.

ḲSVS et BLVS Inachi filii aedificarunt urbem ad Arcem Antiochiae prope Orontem fluuium. *Sync. 237, 12.*

235 a 238 c. Anno 160° promissionis Iacobus descendit in Mesopotamiam et seruitium apud Labanum sustinuit per annos 14.

245 sqq. efghi. Anno 170° promissionis Iacobus genuit Rubenem Šimeonem Leuium et Iudam a quo Iudaei nominati sunt.

250 k. Annus 150 Isaaci.

252 l. Anno 92° Iacobi, hoc ipso anno natus est Iosephus.

265 q. 268 r. Annus 190 promissionis. Iosephus 17 annos natus uenditus est a fratribus suis.

270 s. Annus 170 Isaaci, Iacobi 110.

275 a. Promissionis annus 200, 110 annus Iacobi, primus annus saturitatis (frumenti abundantiae) Aegypti fuit annus 31 (aetatis) Iosephi.

A. Abr. Hieron.
290 *f.* Annus 200 promissionis: anno 2° famis Iacobus intrauit in Aegyptum cum filiis suis et stabat coram Pharaone et cum interrogaretur professus est, se 130 annos natum esse.

307 *m.* Annus 230 promissionis. Iacobus autem uixit omnes aetatis suae annos 147. Vaticinatus autem est de Christo et de uocatione gentium earum quae promptae fuerint ad fidem ei (habendam) et uitam (sibi parandam).

355 *c.* 361 *d.* Annus promissionis 180 (*leg.* 280) (fuit) annus 110 Iosephi, in quo decessit e mundo, ut post eius mortem Hebraei Aegyptiis seruirent annos 144. Omnes autem anni commorationis Hebraeorum in Aegypto fuerunt 215, numerati a descensu Iacobi eiusque filiorum.

Annus promissionis 380. *KSNΘAS* condidit Tripolim.

460 *n.* Moses 35 annos natus erat, cum in Attica imperaret Çecrops a quo usque ad destructionem Ilii fuerunt anni 375.

465 *p.* 468 *a.* Annus promissionis 390. Moses 40 annos natus dereliquit commorationem quam (habuerat) in Aegypto et in deserto sedem fixit.

Eupolemos scripsit Mosen uirum fuisse sapientem et docuisse Iudaeos libros et leges; a Iudaeis autem Phoenices acceperunt et Graeci a Phoenicibus. *Syr.*

495 *n.* 503 *d.* 505. Annus promissionis 420. Moses reuelatione Dei dignus habitus est et accepit tabulas (legis) in monte Sinai.

503 *e.* Corinthos aedificata est quae olim *Ἐφύρα* appellabatur.

505 *f.* 505. Moses 80 annos natus eduxit populum Hebraeorum ex Aegypto. Et erat cum iis in deserto per 40 annos dum leges eis constitueret.

510 *m.* Summus sacerdos primus qui extitit inter Hebraeos Aharon (fuit) ille frater Mosis.

(506 *i.*) 528 *d.* Templum quod in Delo (est) constructum est ab Erysichthone filio Çecropis.

529 *e.* Epaphus filius Ius et Iouis Memphim condidit cum imperaret Aegypto secundae.

530 *g.* Laçedaemon condita est a Lacedaemone, filio Semeles.

538 *b.* Dardanos condidit Dardaniam.

546 *f.* 545 *e.* Summum sacerdotium Hebraeorum accepit Eleasar. Tunc Moses mortuus est. Hactenus quinque libri Mosis in quibus descripta sunt gesta annorum 3730 secundum interpretationem LXX.

555 *k.* Iešu filius Nuni Iudaeorum populo terram Palaestinorum sortibus distribuit.

691 *b.* Dionysos contra Indos iuit ad bellum (iis inferendum) et condidit Nysam urbem ad latus HNDS (*Ἰνδός*) fluminis.

735 *k.* Condita est Tyrus ante aedificationem templi Hierosolymitani annis 240 ut scribit Iosephus in tertio (capite libri octaui) Historiae suae.

803 *d.* Carchedona Philistos dicit conditam esse ab AZVR (Zaro) et ĶRKhDVS Tyriis hoc tempore.

841 *b.* Šimšonem dicunt gestis heroicis clarum fuisse ita ut facta eius Heraclis factis compararentur.

901 *g.* Post mortem 'Elii sacerdotis arca (foederis) ad Philistaeos abducta est et deinde fuit in domo Aminadabi per 20 annos.

900. 940. 980. Saul. Dauid. Salomo.

1021 *a.* Post Salomonis mortem cum seditionem faceret populus Iudaeorum, diuisum est regnum eorum, et Ierobeamus in (urbe) Samaria imperio in decem Israelitarum trihus potitus est.

Ioramus morbo acri affectus est ita ut intestina eius et uiscera exirent (e corpore).

1113 *g.* Et Elias sublatus in coelum.

1123 *a.* Ioiada summus sacerdos apud Hebraeos innotuit, et solus post Mosen uixit annos 130.

A. Abr. Hieron.

1270 *a. β.* Captiuitas Israelis prima. Salmanassar rex Chaldaeorum decem tribus populi Israelis captinas abduxit ex Samaria et deduxit eas in terram Chaldaeorum. Et miserunt (*legas* misit) Assyrios ad custodiendam terram eorum; et cum aemularentur in custodienda lege Indaeorum, Samaritae nuncupati sunt; hoc autem nomen Samaritarum 'custos' declaratur.

1265. 1264 *h.* Latini Romani appellati sunt. Et primus iis imperauit Romulus. Isque Romam condidit et in ea regnanit primum 38 annos.

1302. 1303 *e.* NMVS (*Νουμᾶς*) Pompilios, aun. 43, Capitolium a fundamento aedificauit, idemque donanit nummos ligneos et scorteos et testaceos loco eorum qui hodie sunt anrei et argentei ceteriqne.

1325 *g.* Glancos ex Chio (insula oriundus) innenit conglutinationem ferri.

Manassen regem Iudae duces exercituum Assyriorum captiuum ceperunt et *2 Paralip. 33, 11—15.* deduxerunt eum in Bạbyloniam. Et cum esset in captiuitate, conuertit se ad deum patrum snorum, atque restitutus est in regnum suum. Et cum reuersus esset e Babylonia, aedificauit murum Hierosolymorum meridionalem. Et simulacrum illud quod intulerat et idola extra urbem eiecit et stabilinit Indaeam et Hierosolyma.

1344. 1339 *b.* Tullos Ostilios ann. 33. Regum Romanorum is primus purpuris usus est et (fascibus) bacillis. Eius antem domus fulmine icta est, et ipse cum ea conflagrauit et extinctus est.

1360 Amon rex Iudae coluit deos gentium, et serui eius gladio eum percusserunt et mortem occubuit.

1372 Iošia exterminauit idola quae statuerat Amon, et purgauit templum et Hierosolyma et Iudaeam, et fecit secundum id quod de eo uaticinatus erat propheta (ille) qui nenerat ex Indaea, ad aram coram Ierobeamo, rege Israelis. *2 Reg. 33, 16—17.*

Hisḳia instanranit murum Hierosolymorum, qui dirutus erat, et fontem Šiluḥa (Siloah) connertit (perduxit) intra murum.

Chelki (*Χελκίας*) summus sacerdos notus erat qui est Ḥilḳia (*syriace*).

1403 *f.* Pugnauit Iošia cum Pharaone rege Aegypti qui interfecit Iošiam.

Vaticinabatur Vriaʿ filius Šemâyae cum Ieremia et Baruchʿ filio Neriâʾ, Vriaʿ *Ierem. 16, 20.* autem prophetam occidit Ioiaḳimus rex Iudae.

1405 *h.* 1412 *n.* Anno 3° Ioiaḳimi ascendit Nebucadnezar et subegit Hierosolyma, et deduxit captiuitatem (captinos) multam (multos); etiam nasa ministerii (sacra) deduxit secum. Et tributum imposuit Ioiaḳimo. — Et in hac ipsa captiuitate in Babyloniam descenderant Dauiel et Ḥanania et Azaria et Mišael.

1426 *a. β.* Anno 10° Ioiaḳimi Nebucadnezar rex Babyloniae Hierosolyma ascendit et secum deduxit captiuitatem (captinos) multam (multos).

1429 *a.* In Babylouia uaticinabatur Daniel cum Ezechiele.

1441 *g.* Postquam Nebucadnezar Babylouiae rex mortuus erat, regnum Babyloniorum accepit Euilmerodach, et post bunc Beltšazar, eius frater. Secundum Danielis interpretationem per scripturam [quae] in pariete apparebat, significatur, imperium Chaldaeis ablatum iri et ad Medos et Persas esse perneuturum.

Euilmerodachus Iechonjam e domo captiuorum emisit eique honorem restituit *Syr.* anno 37° post eius transmigrationem.

1456 *q.* Cyrus permisit ut redirent captiui populi Iudaeorum suae aetatis. Cum igitur e Babylonia redirent ad quinque myriades Iudaeorum, altare extruxerunt et fundamenta templi iecerunt. Et cum impedirent eos gentes circumbabitantes, opus imperfectum mansit usque ad Darium regem, dum solum altare staret.

A. Abr. Hieron.
1569d. 1584s. Nehemias Hebraeus instaurauit muros Hierosolymorum qnod opus perfectum est anno 32° Artaxerxis regis Persarum quemadmodum liber Ezrae memoriae prodit.

1584s. Et si quis uoluerit abhinc numerare septuaginta illas hebdomades Danielis qnae efficinnt annos 490, patebit eas compleri tempore Nerouis regis Romanorum quo tempore Hierosolyma ohsidione pressa sunt, et post Neronem 2 annis a manibus Espasiani euersionem postremam passa sunt.

1681l. Manasse frater Iojadae, summus sacerdos Iudaeorum, templum extruxit in monte Gerizim.

1685o. 1687pq. Alexandros subuertit Tyrum uec uou Iudaeam cepit, et Persas et Babylouios uicit et Darium occidit. Et anno imperii sui 7° condidit Alexaudriam.

1715t. Antigonos Autigouam ad latus Orontis flumiuis coudidit quam Seleucos perfecit et Antiochiam nominauit. Idem Laodiceam et Seleuciam et Apameam et Edessam et Halabam et Pellam aedificauit.

1736o. Translati sunt libri (sacri) in linguam Graecam iu Pharo iusula intra 72 dies.

1969 Romae primus imperauit Gaius Iulius ann. 40 (*leni emendatione corrigas* 5). Tempora Romanorum (*sic*): secundus (imperator) Romanorum anu. 16 (*leni correctura emend.* 56).

1978r. Hic finem habet regnum Iudaeorum. Verum Herodes deinceps imperium Iudaeorum, licet ipsi uou couueniret, a Romanis accepit.

PVḲD (*emenda* PḲVR Paḳor) rex Parthorum, et Bar Zaphron (*Βαρ Ζαφάρνης* aliis *ΒαρΖαφράνης*) praefectus militiae, asceuderuut in Syriam et Hyrçanum regem Iudaeorum et Phasaēlum fratrem Herodis in captiuitatem duxeruut. *Iosephus Archaeol. 14, 13, 3 sqq.*

1983v. Postquam desieraut summi sacerdotes Iudaeorum, imperium tenuit Herodes Philistaeus per 37 aunos, filius Antipatri Asçalouitae et Cypridis Arabissae (cui) a Roma coucreditum est regnum. In diebus Herodis cum appropinquaret natiuitas Christi, summum sacerdotium successione a patribus (deductum), nec nou regnnm Iudaeorum dissolutum est: qno complebatur prophetia ad Mosen (delata), quae dicit: non recedet princeps a Iuda ueque dux e mediis femoribus eius, douec uenerit is cui reseruatum est, isque eet expectatio gentium. Hic autem ille etiam dux Vuctus qui dicitur iu prophetia apud Danielem fiuem cepit. Nam ad Herodem usque Vncti eraut duces, hi autem erant summi sacerdotes qui antistites erant populi Iudaeorum: qni initium habebant a renouatioue templi in diebus Darii Olymp. LXV et desiuebant in diebus Hyrçani Olymp. CLXXXVI; anni autem intermedii sunt 483. Quemadmodum etiam liber Danielis uaticinatur dicens: 'Et cognosces et intelleges ab exitu effati de daudo responso et aedificaudis Hierosolymis usque ad Vnctum dncem (erunt) hebdomades 7 et hebdomades 62.' Hae igitur 69 hebdomades compleut anuos 483, quot sunt anui ab initio Vucti ducis (*legas* nnctorum ducum) et ex qno captiuus ducebatur Hyrçanos a Parthis, quippe qui est ultimus ducum omuium. Herodes, filius Antipatri, cui nou conueniebat imperium, ab Augusto et Senatu Romanorum accepit imperium Iudaeorum, et deiuceps huius filii usque ad ultimum Hierosolymorum excidium. Neo uero amplius tales qui ex successioue generis sacerdotum essent, Deo sacerdotium gerebant, nec per omne uitae tempus secuudum Mosis legem, sed iguohiles quidam, (alii) hoc tempore et alio tempore (alii), et horum quidem uonnulli (pro) uno anuo (aunui), alii autem (pro) breuiore (tempore), a Romanis sacerdotium emebant. Et haec Daniel uaticiuatur diceus: 'Post 7 et 62 hebdomades

Gen. 49, 10.

9, 25.

A. Abr. Hieron.

interibit unctura, et iudicium non erit in ea, et templum et sanctum destruet populus eum duce ueniente, et exsciudentur in inundatione belli.' Et postea scilicet [loquitur Daniel] de abominatione desolationis, et usque ad finem temporis consummatio dabitur super destructionem.

1983 w. HRVS (*leg.* HRDVS Herodes) pugnauit contra Hierosolymam eamque cepit dum destruebat ambos eius muros, et multos in ea occidit. Et Hananel^um^ acciuit ex Babylone, et summum sacerdotem Iudaeorum eum constituit, et post exiguum (tempus) hunc a munere amouit et Aristobulum, suae mulieris fratrem, Hyrkani filium, ad dignitatem adduxit. Et uno anno transacto rursus in Hananelum transtulit ministerium (*τὴν λειτουργίαν munus sacerdotii*) Aristobulo interfecto.

1984 d. 1985 g. Cleopatra fraudulenter egit in regnum Iudaeorum et Arabum, et contendit (?) ut acciperet eorum terram ab Antonio. — Cleopatra et Antonius semet interfecerunt et Aegyptus Romanis subiecta est.

1998 i. 2000 l. 2005 x. 2006 y. Herodes Hierosolymis multum aedificauit. — Idemque Samariam quae deuastata erat, a fundamentis aedificauit. Et templum Hierosolymitanum destruxit et aliud magnum construxit. Herodes Caesaream condidit eamque nomine Caesaris appellauit quae olim Turris Stratonis uocabatur. Idem Aithedona (*leg.* Authedona) aedificauit et Agrippia^as^ eam uocauit. Porro autem etiam KRBŠN (*leg.* KPhRŠBA *i. e.* Capharsaba) aedificauit, et aliam (urbem) aedificauit et uocauit eam Herodia^as^. *Χαβαρσαβᾶ ἣ νῦν Ἀντιπατρὶς καλεῖται. Ioseph. archaeol. XIII, 15, 1.*

2005 w. 2012 k. Augustus Pontifex Maximus reputatus est; dominia et urbes sibi subegit; et Iuliam filiam suam expulit quippe quae in contemtionem uenerat propter adulterium.

2009 f. 2014 p. [Herodes] Hyrçanum summum Iudaeorum pontificem occidit postquam redierat ex captiuitate Parthorum. Occidit autem huius filium quoque qui acceperat sacerdotium patris sui. Atque huius sororem occidit quae sua erat uxor; nec non duos filios quos ex illa (natos) habebat; item matrem occisae, socrum suam, et Salomae sororis suae maritum occidit atque doctorem (*leg.* doctores) legum diuinarum et aemulatorem (*leg.* aemulatores) patrum occidit.

2015 r. Iesus Christus filius Dei Bethlehemi Iudae natus est.

[*Hic intercalantur in epitome Syria nonnulla quae manifesto non sunt Eusebiana.*]

2016 s. Kurinos *ἡγεμὼν* ex uoluntate senatus (senatus consulto) missus est in Iudaeam et descriptionem possessionum et incolarum fecit.

2020 z. Herodes hydrope acriter afflictus est, et uermes scatuerunt (magno numero prodierunt) e corpore eius et e mundo decessit.

2021 a. Augustus Archelaum, Herodis filium, principem super populo Iudaeorum constituit.

2030. Romanorum tertius Tiberius factus est princeps solus.

2043 b. Herodes condidit Tiberiadem urbem.

2044 cd. Ioannes filius Zachariae summi sacerdotis, eremita, praedicabat ad latus Iordanis fluuii adnuncians omnibus hominibus: in medio uestrum est Christus filius Dei. — Verum et ipse Iesus Dominus noster filius Dei ab eo tempore initium fecit in doctrina salutis euangelii, uerbis et factis uera (*leg.* ueritatem) potestatis diuinae ostendens eis qui uident.

2047 i. Iesus filius Dei secundum prophetias de eo (prolatas) ad passionem accessit anno 19° regni Tiberii. Et in hoc tempore (quod attinet ad hoc tempus) etiam in hypomnematis scriptorum Graecorum haec singula scripta

A. Abr. Hieron.

innenimus: 'Sol defecit, Bithynia terrae motu concussa est et Nicaeae magna pars corruit.' Et (hoc) testatur ea quae in passione Saluatoris nostri acciderunt. Scribit autem PhLBVS (Phlegon) qui Olympiadum tempora descripsit de his ipsis (rebus) in libro decimo tertio hoc modo: 'Anno 4° Olympiadis 202ae fuit eclipsis solis per tempus longum (durans), qualis antea non fuit, et nox facta est hora diei sexta, ita ut stellae in coelo apparerent. Et fuit terrae magnus motus in Bithynia, et magnam partem Nicaeae euertit.' Haec ille uir quem commemorauimus dixit. Iudicium (argumentum) autem quod hoc ipso anno fuerit passio Saluatoris nostri afferunt (?) testimonium Lucae euangelistae qui scribit, anno 15° regni Tiberii fuisse (initium habuisse) doctrinam Domini nostri (et durauisse per) tres annos. Sicut hic, ita etiam Iosephus scripsit, de isto tempore dicens, die Pentecostes a sacerdotibus uocem commotionis magnae auditam esse (haec uerba) prolocutam: 'Migrabimus hinc,' et perturbationem et commotionem eos corripuisse. Et uero aliud quoque scripsit idem Iosephus: 'Pilatum ἡγεμόνα eodem illo tempore Caesaris imagines noctu in templo statuisse, id quod facere nefas erat, et perturbationis magnae et uero etiam seditionis primordium eum iniecisse inter Iudaeos.' εὕρομεν Euseb. ap. Sync. 614, 10.

2044 e. Summa omnium annorum ab Adamo ad ascensum Domini nostri 5520, ad Saluatorem nostrum (ad-nostrum *delenda*). Passus autem est anno 340° [Alexandri?].

2048 i. Episcopus primus ecclesiae Hierosolymitanae extitit ex apostolis Iacobus frater Domini.

2048 k. Romanorum ... [*lacuna*] Iudaeorum. Inde potes cognoscere, quot tentationes assidue superuenerint populo Iudaeorum postquam impudenter egerunt contra Dominum nostrum Christum.

2049 a. ... Olympias ... [*lacuna*] Pilatus post factum illud seditiosum quod (supra) commemoratum est, propter Caesaris imaginem exortum, intrauit gazam templi quae apud Iudaeos Ḳurbana uocatur (et) impensis pro aquae ductu factis consumpsit, quae causa eis fuit alterius seditionis.

2050 b. Sejanes ὕπαρχος (procurator) Tiberii qui plurimum poterat apud regem, ut uno tempore (uno impetu) populum Iudaeorum perderet consilium dedit. et hoc commemorat PhILMVN (Φίλων) in secundo Libro Legationis.

2051 d. Agrippas Herodis regis filius Romam adiit ut accusaret Herodem Tetrarcham et in uincula coniectus est a Tiberio.

2051 e. Pilatos de doctrina Christianorum certiorem fecit Tiberium et ipse Tiberios certiorem fecit Senatum, et cum (Senatus) non acciperet (annueret), ipse Tiberios mortem decreuit accusatoribus Christianorum: Tertilianus (Τερτυλλιανὸς) Romanus haec narrat.

2052 f. Multi ex Senatoribus et ex Equitibus (*sic emendandum*) occisi sunt.

2053. Romanorum IVus Gaios (Caligula) ann. 3 et mens. 10.

2053 h. Gaios Agrippam ex uinculis soluit eumque regem super Iudaeos constituit.

2053 i. Gaios semet ipsum dixit esse Deum Iudaeorum (*sic*).

2054. Duodecimus regnauit Agrippas rex annos 7.

2054 k. Phlakos (Φλάκκος) Auilios procurator Aegypti populum Iudaeorum omnibus tentationibus uexauit per 7 annos et cum eo etiam populus Alexandrinorum uerberibus (uexationibus) omnis generis in eos usi sunt, et eorum synagogas quae uocantur, talibus rebus (?) ut imaginibus et statuis et aris et sacrificiis polluerunt (*sic emendandum*): et haec narrat Philon in libro ab eo scripto de Flacco dicitque se propinquum fuisse his ita gestis suis-

A. Abr. Hieron.

que oculis ea uidisse, et legationem ad (*emendatum*) Gaium Iudaeorum gratia se suscepisse.

2055*m*. Gaios Memmii Reguli uxorem abduxit et eam uxorem inter (?) uxores (suas) duxit, dum cogeret Memmium ut uxoris suae se patrem esse scriberet.

2055*n*. Pontios Pilatos in uarias tentationes incidit et ipse se manibus suis interfecit: et hoc etiam scriptores Romani narrant.

2055*op*. Gaios Petronio Syriae procuratori mandauit ut statuam Iouis poneret Hierosolymis. In synagogis Iudaeorum per uniuersam terram statuae et simulacra Gaii et arae ponebantur. Et scribit haec Philon et Iosephus.

2056*ab*. Multi ex nobilibus a Gaio occisi sunt. — Et sorores quoque suas ut in insulas fugerent coegit.

2056*c*. Gaios eos qui in fuga erant interfecit.

2056*d*. Gaios occisus est a custodibus.

2057. Romanorum V^{us} imperauit Çlaudios annos 13 et menses 8 et dies 28.

2058*f*. Petros apostolus primus posuit fundamenta ecclesiae Antiochenae; et in urbem Romam profectus est ibique praedicauit euangelium. Et praefuit ecclesiae illi annos 25.

2059*g*. Marços euangelista, nuntius et interpres Petri, in Aegyptum et Alexandriam [profectus est *e coniectura*] et uerbum Christi iis praedicauit.

2060*h*. Primus Antiochiae episcopus extitit Euodios.

Agrippas murum Hierosolymorum tertium aedificare coepit, et timuit a Claudio Caesare, posuit fundamenta, et destitit (ab opere). *Syr.*

2061*k*. Fames magna corripuit totam terram et prophetia Agabi quae in Actis Apostolorum est, euentum habuit, quippe qui ea (prophetia) dudum praedixerat famem futuram in uniuersa terra.

Stephanus lapidibus obrutus est Hierosolymis. *Syr.*

Agrippas occidit Iacobum fratrem Ioannis nec non Šim'onem Kepham in uincula coniecit. *Syr.*

2060*i*. Agrippas rex Iudaeorum qui 7 annos regnauerat mortuus est ... [post quem rex substitutus?] fuit Agrippas, illius filius, a Claudio.

2061*l*. Claudios de Britania triumphauit.

2061. Iudaeorum XIII^{us} princeps fuit Agrippas puer per annos 26.

2064*o*. Inter Theram et Therasiam apparuit [*uerbum aliunde illatum*] insula trium stadiorum.

2064*p*. Cum Romae censum populi haberet Claudios inuentae sunt filiorum urbis (ciuium) descriptae 694 myriades et 4 millia.

2064*q*. Thrake quae hucusque sub rege fuerat deinceps eparchia (prouincia) facta est.

Petros apostolus moderator ecclesiae Romanae factus est. *Syr.*

Philon philosophus Iudaeus Alexandriae innotuit. *Syr.*

2064*r*. Dum Çumanos procurator Iudaeae erat, in diebus azymorum fuit seditio Hierosolymis tanta ut Iudaeorum plus quam tres myriades numero protererentur et perirent.

2065*u*. Fames dira fuit in Hellade ita ut modius (unus) sex Zuzis (didrachmis) uenderetur.

2065*v*. Fuit fames magna Romae.

2066*w*. Çlaudios misit Felicem procuratorem Iudaeae, in cuius diebus Paulos apostolus a Iudaeis accusatus est et coram quo pro uita sua perorauit.

2069*x*. Dum Felix procurator Iudaeae erat, multi extiterunt seductores populi, in quibus etiam Aegyptius quidam pseudopropheta fere tres myriadas eorum quos seduxerat, ad se congregauit et magnas res ausus est; et (sed) per

A. Abr. Hieron.

strategiam Felicis dissolutus (κατελύθη dissipatus) est. Et scribit hoc Iosephos consentiens cum illis quae (leguntur) in Actis Apostolorum, ubi a Chiliarcha dicitur (Paulo): Nonne tu es ille Aegyptius qui ante hos dies emigrasti (*dubia scriptura*) et eduxisti in desertum 4000* hominum?

2070*y*. Çlaudios mortuus est in palatio.

2071. Romanorum VI^us regnauit Neron annos 13 et menses 7 et dies 28.

2071*b*. Dum Felix ἡγεμὼν erat, seditio Iudaeorum fuit Caesareae Stratonis et multi ex iis perditi sunt.

2072*e*. 2073*f*. Festos gubernationem Felicis accepit, coram quo Paulos apostolus stetit, et ea defendit, quae praedicauerat, dum Agrippas rex ad audiendum praesens erat, et cum (Paulus) uinctus Romam mitteretur, terrae motus magnus Romae fuit et eclipsis solis (*perperam inter se coniuncta*).

2074*g*. Neron Agrippinam matrem suam interfecit, praeterea autem etiam sororem patris sui.

2077*i*. Neron Romae in tractanda cithara palmam tulit.

2077*k*. Post Festum ἡγεμὼν Iudaeae fuit Albinos.

2078*l*. Iacobum Domini nostri fratrem, qui uocabatur Iustus, Iudaei lapidibus obruerunt. Et accepit eius episcopatum Šim'on ille qui uocatur Simon.

2078*m*. Dum parata erat mensa Neronis, fulmen in eam decidit.

2078*n*. Post Marcum euangelistam Alexandriuae ecclesiae episcopus primus factus est AINNVS (Annianus) et rexit (ecclesiam) annos 22.

2079*q*. Neron Romae in tractanda cithara (denuo) palmam tulit.

2080*st*. Incendia multa Romae fuerunt, terrae autem motu corruerunt tres urbes in Asia: Laodicea et Ierapolis et Colossae.

2080*u*. Post Albinum Floros ἡγεμὼν fuit in cuius diebus Iudaei rebellauerunt.

Ol. CCXI*a*. Certamen Olympiacum non est actum quia Neron cunctabatur in aduentu suo.

2081*c*. Multi ex nobilibus Romae a Nerone occisi sunt.

2082*d*. Neron in Olympia coronatus est inter praecones et tragoedos et citharoedos et curru pullorum et curru perfecto [et curru] decem pullorum.

2082*f*. Rursus Neron Isthmiis et Pythiis et Actiis et (*sic*) inter praecones et tragoedos et citharoedos coronatus est.

2083*g*. Senatus decreuit ut Neroni ad administrandam mensam suam darentur myriades mille per annum.

2083*h*. Neron cum hominibus insignibus Octauiam quoque uxorem suam interfecit. Et Çornutum persecutus est.

2084*i*. Musonios et Plutarchos philosophi noti erant.

2084*m*. Neron cum omnibus delictis suis primus etiam in Christianos persecutionem excitauit, in cuius diebus Petros et Paulos Romae martyrium passi sunt.

2084*no*. Iudaei rebellarunt in Romanos quia oppressionem (*sic*) Flori non ferebant. Et misit Neron contra eos Espasianum exercitus ducem qui loca multa Iudaeorum cepit.

2084*p*. Flauios Iosephos scriptor Iudaeis dux exercitus fuit in bello, et cum prope abesset, ut interficeretur a Iudaeis (*sic*), praedixit Espasiano de morte Neronis et de regno ipsi futuro.

2084*q*. Post Petrum episcopatum ecclesiae Romanae primus accepit Linos per annos 12 (*sic*).

2084*r*. Neron cum undique nuntii minime iucundi ad eius aures perferrentur semet ipse interfecit.

2084*s*. Post Neronem Galbas in Iberia, Vitellius in Germania, et Othon Romae seorsum quisque ad imperium assiluerunt.

A. Abr. Hieron.
Ol. CCXII n. Galbas 7 menses regnauit, Romae capite truncatus est.
Ol. CCXII v. Espasianos duabus pugnis uicit Iudaeos eosque obsedit.
Ol. CCXII w. Vitellios cum regnasset 3 menses, se ipse interfecit. (*Eandem Vitellii et Othonis nominum inter se mutationem cf. in Graecis pag. 156 Hwy.*)
Ol. CCXII x. Antiochiae episcopus secundus extitit Ignatios.
2085. Romanorum VII^us imperauit Espasianus annos 9 et menses 12 (*sic*) et dies 22.
2085 a. Espasianos in Iudaea αὐτοκράτωρ ab exercitu suo appellatus est, et pugnam cum Iudaeis (pugnandam) tradidit Tito filio suo, et ipse itinere per Alexandriam (facto) ad urbem Romanorum profectus est.
2085 b. Templum Iouis Capitolini arsit.
2086 c. Titos Iudaeos pressit et Hierosolyma diruit et sex myriadas hominum occidit. Dicit autem Iosephos: 'Fame et gladio centum et decem [*lacuna*] alias captiuorum uenumdatas esse, causam autem cur totus (fere) populus in urbe reperiretur, festum azymorum fuisse, quo omnes filii gentis ibi conuenissent et uelut in carcere inclusi essent.' Oportuit autem ut ii qui diebus azymorum in Saluatorem insolenter egissent, tali die poenas darent.
2088—2089. Totum autem tempus usque ad annum 2um Espasiani et ultimam euersionem Hierosolymorum inde ab anno 15° Tiberii et initio praedicationis Saluatoris nostri comprehendit annos 42; ab obsidione autem tempore Antiochi facta, annos 238; ab anno 2° Darii, quo templum Hierosolymitanum secunda uice extructum erat, annos 590; a prima autem templi aedificatione Salomonis tempore effecta usque ad ultimam sub Espasiano destructionem annos 1103.
2089 d. Espasianos Capitolium instaurare coepit.
2089 e. Alexandriae seditio facta est.
2091 g. Colossus erectus est, eius longitudo 107 pedum.
2093 k. Cypri tres urbes terrae motu corruerunt.
2093 l. Pestis magna fuit Romae, ita ut (uno) die mortui reperirentur plus quam myrias.
2094 m. Espasianos colonias misit, et mortuus est, et regnauit annos 9 et menses 11 et dies 22.
2095. Romanorum VIII^us imperauit Titos annos 2 et menses 2.
2095 o. BZBIVN (*Βέσβιον*) mons ruptus est a uertice et ignem efflauit ita, ut regionem uicinam et urbes circumiacentes incenderet.
2097. Romanorum IX^us imperauit Domitianos annos 15 et menses 5.
2097 b. Vxor Domitiani Sebaste appellata est.
2097 c. Decreuit Senatus, ut Titos deus appellaretur.
2098 d. Domitianos Sebaste (*sic*) uetuit, ne quis faceret eunuchos.
2099 e. Virgines tres sacerdotes Hestiae in stupro deprehensae sunt et poenas dederunt.
2099 f. Multos nobilium filios Domitianos proscripsit et interfecit.
2100 g. Episcopus secundus ecclesiae Alexandrinae Abilos (*sic*), et rexit (ecclesiam) per annos 13.
2101 h. Domitianos extruxit templum in quo nulla erant ligna.
2102 k. Nasamones et Daci pugnarunt cum Romanis et uicti sunt.
2103 l. Duo menses apud Romanos nominibus mutatis appellati sunt, Septembrios Germanicos et Octombrios Domitianos.
2105 n. Domitianos multos proscripsit et occidit.
2105 o. Domitianos Chaldaeos (*sic*) et philosophos Roma expulit.
2106 q. Domitianos de Dacis et de Germanis triumphauit.

A. Abr. Hieron.

2107*s*. Prima uirginum Hestiae Cornelia stupri accusata est et uiua defossa est secundum legem.

2108*t*. Iussit Caesar, ne uitis plantaretur in urbibus (*sic*).

2108*u*. Episcopus tertius ecclesiae Romanae Clemes ann. 9.

2109*v*. Flauios Iosephos hoc tempore conclusit annum (*emenda* librum) 20um operis (sui) historici.

2110*x*. Secundus post Neronem Domitianos Christianos persecutus est. Et in diebus eius etiam Iohannes apostolus in Patmum insulam eiectus est, ubi etiam apocalypsin uidisse dicitur, ut perhibet Irenaeus.

2112*c*. ... [Iussit] Domitianos ut omnes interficerentur ei qui orti ex Dauidis familia essent, nequis superstes maneret regni Iudaeorum successor. Narrat autem BVRTNVS (*Βρέττιος*), multos Christianos in diebus Domitiani martyrium subiisse, et Flauiam Domitillam, filiam sororis Clementis consulis, in insulam Pontiam fugisse, quod se Christianam esse profiteretur.

2112*d*. Signa (prodigia, portenta) magna (*sic*) Romae et in tota terra extiterunt.

2112*e*. Domitianos occisus est in palatio.

2113. Romanorum X^{us} imperauit Neruas annum unum et menses 4.

2113*f*. Episcopus tertius ecclesiae Alexandrinae extitit KDRVN (*Κέρδων*) ann. 11.

2113*g*. Decreuit Senatus ut honor Domitiani tolleretur, et ex fugitiuis ii qui male (immerito) expulsi esse putabantur ab eo, reuersi sunt, singuli autem etiam possessionem suam receperunt. Dicunt autem, tunc etiam Iohannem apostolum dimissum esse ex insula atque Ephesum rediisse ubi domicilium habebat.

2113*h*. Iustos Tiberiade oriundus scriptor Iudaeorum notus erat.

2113*i*. Neruas morbo extinctus est in horto Sallustii (*sic ex emendatione*).

2114. Romanorum XI^{us} regnauit Traianos annos 19 et menses 6.

2114*l*. Senatus Neruam deum declarauit.

2115*m*. Episcopatum ecclesiae Romanae quartus suscepit Euaristos ann. 8.

2116*n*. Iohannem apostolum Irenaeos scribit usque ad Traiani tempus permansisse in mundo, post quem, qui eum audiuerant, innotuerunt Papias Ierapolitanus et Polycarpos episcopus eorum qui Smyrnae sedem (suam) collocauerant, praeterea autem Ignatios episcopus Antiochenorum.

2117*o*. Traianos de Dacis et de Scythis triumphauit.

2118*p*. Traianos Daciam fecit prouinciam.

2120*q*. Romae domus aurea incendio consumta est.

2121*r*. Terrae motus magnus fuit et in Asia quattuor urbes euertit.

2122*s*. Extitit in ecclesia Alexandrina [episcopus] quartus Primos annos 12.

2123*t*. Cum Traianos persecutionem contra Christianos mouisset, Šim'on filius Cleophae episcopus ecclesiae Hierosolymitanae martyrium subiit et post eum fuit Iustus.

2123*u*. Porro simili modo etiam Ignatios Antiochenorum episcopus subiit martyrium, et post eum tertius fuit Eros (*sic ex emendatione*).

2124*a*. Plinius Secundus uuius ex prouinciis [praefectus *ex emendatione*] Christianos multos morte multauit ... [*corrupta et lacunosa*] ... quod conturbatus est multitudine populi, ut hanc ob causam nesciret, quid tandem ipsum oporteret facere, scripsit ad Traianum imperatorem eique significauit, praeterquam quod idola nollent colere, nihil inhonesti apud illos se inuenisse; tum uero hoc etiam ei significauit, mane eos surgere et Christum uelut deum celebrare, et uero homicidium et adulterium et his similia eos interdicere. Ad haec Traianos rescripsit, coetum Christianorum non esse inquirendum. Et haec quidem narrat Tertullianos.

A. Abr. Hieron.
2127 d. In Galatia tres urbes terrae motu euersae sunt.
2127 e. Romae templum quod omnium deorum appellatur (Pantheum), fulmine destructum est.
2128 f. Post Iustum ecclesiae Hierosolymitanae thronum accepit quartus Zachai, et post eum quintus Tobia et post hunc sextus Beniamin, et post eum septimus Iohannes, et post eum octauus Matthi[us], et post hunc nonus Philippos.
2129 g. Traianos Armeniam fecit prouinciam.
2130 h. Terrae motus fuit Antiochiae et non multum abfuit quin euerteret urbem.
2130 i. Iudaei qui in Libya erant cum gentilibus uicinis suis mota seditione dimicare coeperunt, nec non ii qui in Aegypto et in Alexandria.
2131 k. Cum (autem) Iudaei Mesopotamienses (quoque) seditionem mouerent, Autocrator Lysiae (*siue* Lusio) Quieto mandauit ut eos ex tota prouincia remoueret. Et arma sumsit Quietos et multas myriadas Iudaeorum ibi occidit: propter quam uictoriam Iudaeae ἡγεμὼν ab ipso Autocratore constitutus est.
2132 l. Contra Salaminam Cypri (urbem) surrexerunt Iudaei, et gentiles qui in ea erant interfecerunt et ipsam urbem subuerterunt.
2132 m. Traianos morbo decessit.
2133. Romanorum XII[us] imperauit Hadrianos annos 22 (*sic*).
2133 o. Et Alexandriam quae a Iudaeis conturbata erat restituit.
2133 q. Et subegit quidem Iudaeos qui rebellarunt contra Romanos secunda uice.
2134 t. Et remisit debita et chartas (chirographa) in ipsa urbe combussit. Et tributum multis remisit, et dona dedit.
2135 v. Episcopatum ecclesiae Romanae accepit sextus Xystos ann. 3 (*sic*).
2135 w. Et ecclesiae Alexandrinae quintus Iustos ann. 11.
